

M.



Evangeliū Luce .xvj

·Gunem̄ ·..... .....

IN illo tpe Dixit Ihūs dis. s. par. hanc.
Homo quidam erat diues q̄ habebat
villicū. Et hic diffamatus ē apud i[illegible]
dissipasset bona illius. Et Reliqua. Om. Augus.
Quis est homo diues nisi Chrus? Villicus aut
est oīs xianus, q̄ in bapte uillicatōm accepit suij
et xpi. Chrianus .n. unusqsq3 nō tm̄ sui cā uiuit
s3 et xpi: et nō tm̄ redditurus ē rōnem pro aīa
sua, s3 et p eius cū q̄ uiuit in hac uita exercens
se corpore et animo, et adiuuās pri^m documet.
et exemplo. Nec tm̄ querens q̄ sua st, s3 et q̄ aliē.
Haec ē chrianorū cura, et nobilis villica et scta.
Hinc ē iudiciū Chri tremēdū, et futurū exacto
[Et hic diffamatus ē apud illū quasi dissipass3
bona illius] Quottidie diffamam apud de
um. q2 angeli nri semp uident faciē pris, et nū
ciant ei omīa opa nra. Quid ergo faciemus?
Vbi abscondemur. Illi nos diffamāt q nrā in
teriora uident, Nō est, obstaclm̄, nō ...
tenebrae qbus impediantur uidere o... ...
nrā: q2 diuinū lumē q̄ illumiant penetrat
omīa. Quia lux in tenebris lucet, et nox sicut
dies illūiabit. Quis oīa tradita sibi bona
bn̄ dispēsat in omibus? Quis nō aliqn̄ dor-

mittat. Qnqbo . s dormitat Homerus. Et in miltis offend inus omes [Et uocauit illū et ait illi. Quid hoc audio de te] Quottidie nos uocat dn̄us. Venite filij audite me. Venite ad me q laboratis et onerati estis. O Viri ad uos clamito et uox mea ad filios hom̄. Sapi. 8. Quottidie loqr̄ nob. Loquitur p pphās, loqr̄ p aplos, loqr̄ p seipm̄ in Euangelio, loqr̄ p doctores, loqr̄ in consciā [Quid hoc audio de te] Increpat male cogitātes, increpat male loqn̄tes, increpat praue agētes, increpat male uiuentes [Redde rōnem villicationis tuæ] Quid agis apud te: qd apud pximū: qd cogites in corde: quale pferas uerbū: Bona mea dissipas, bonis meis male uteris, bona mea das extraneis. Voco et nō rn̄des, porrigo manū et nō respicis [Iam .n. nō poteris uillicare] Cito hinc abiturus, cito moriturus es [Ait aūt uillicus intra se Quid faciam qz dn̄us meus aufert a me uillicationem] Foelix q de fine cogitat, foelix q q̊ttidie cogit [illegible] moriturū, quia Melior est finis orōis principiū Et sancti dū finiunt in scto, [illegible]unt in coelesti sede perpetui, qbus finis uitæ viuendi inicium cofert [Fodere nō ualeo] Quia ibi nō est pauperes recreare, infirmos uisitare, vigilijs sctis et orōnibus insistere.

14-11-A-34

Ne quidquam agas inconsulto decete
Si uitare uanos labores Pro tanbe
Et queq incommoda uelis.
Nil tuo credens capiti da cōsilijs fidem.
... etenim possunt mlta cōsuler r̄cte.
... unus sibi ipsi parum pdesse pt.
... exptus crede, quid sit uagari p mdm
... hac nō omi ueto mente q tuam agitat
... credas, ꝫ firmo sis animo, si uis esse qetus
Tene quoduis certū derelinque incertum.
Fallimur sæpe malis q̄ sunt sub specie boni.
Ne contra aquā nitaris, ne deficias cito.
Media semper elige haud non eris tutus.

Non inuenitur sapientia
In hominibus neq prudentia
Quoniam omnes facile erramus Nil iu-
uāt libri neq scientia, si nō accesserit diuīa
sapientia In omnibus ergo solus infallibilis
... us est Deus

Quesiuj dnm Et inuenj

1

CLIMAX IOANNIS SCHO *lastici ab Ambrosio monacho Camaldulensi è græco in latinum conuersus, et nunc primum editus.*

M D X X X I.



P. Raimondo Nestori



Non sine priuilegio, mulctáq; pecuniaria, & excom. pœna, ut in priu. cont.

REVERENDO D. ANDREAE LIPOMANO S. TRINIT. VEN. PRIORI OPTIMO IO. ANT. ET FRATRES SABIENS. S. P. D.

LIBELLVS Ioannis Scholastici, cui titulus est Climax, utilissimus ad institutionem uitæ christianæ semper est habitus. sed is, qui passim legitur, ad latinos interpretis insciti a corruptissimus peruenit, deinde librariorum uitio tam deformatus est, uix ut possit intelligi. Itaq; cũ audissemus, hoc opusculum ab Ambrosio Camalduléſi commode cõuersum, dedimus enixe operam, ut lucubrationem uiri doctissimi inuestigaremus, & inuentam e' latebris in uulgus emẽdatissimã ederemus, nam cũ res christiana eo' iam redacta sit, ut pleriq; omnes opibus, ambitione, ac foedis uoluptatibus summum bonum metiantur, eo nobis impensius enitendũ est, ne, siqua pars etiamnum syncera est, pestiferæ opinionis contagione corrumpatur. quod quidẽ nulla re nos facilius posse consequi uidemur, qua'm edendis sanctorum uirorum monimentis, ut eorum frequenti lectione discant homines, umbras rerum terrenarũ aspernari, & ad ueram felicitatem, quæ in dei contemplatione sita est, totis uiribus aspirare. Hunc uero libellum ad te potissimum misimus Lipomane Venerande, tum ut amorem in te nostrum atque obseruãtiam hoc saltem munere testaremur, tum quod auspiciis uiri religiosissimi qualẽ te esse perspicuum est: uiri item religiosissimi ac sanctissimi pręcepta in lucem prodire debuerunt. Vale.

2

INDEX HVIVS OPERIS.

Procemium. carte. 3
Vita Ioannis scholastici. 9
Epistola Ioánis abbatis Raithu ad Io. Abbaté Mōtis Sinai Scholasticū nuncupatū. 13
Sermo primus de ianis vitæ abrenūtiatiōe. 16
De vacuitate affectionū. Sermo. II. 22
De peregrinatione. Sermo. III. 25
De Somniis quæ rudes adhuc sequi solét. 28
De Beata semper'q; memorabili obedientia Sermo. IIII. 29
De acurata & solicita pœnitentia. V. 56
De memoria mortis. Gr. VI. 65
De luctu gaudii opifice. Gr. VII. 68
De iræ vacuitate & mãsuetudine. G. VIII. 76
De memoria iniuriarum. Gr. IX. 80
De detractione. Gr. X. 81
De loquacitate. Gr. XI. 83
De mendacio. Gr. XII. 84
De accidia. Gr. XIII. 85
De famosissima ac neq̃ dña gula. gr. xiiii. 87
De incorruptibili pudicitia & castitate, quam mortales atq; corruptibiles laboribus sibi ac sudoribus quærunt. Gr. xv. 91
De auaritia, vbi & de nuditate rerum omnium. Gr. xvi. 103
De nuditate. 104
De isensibilitate videlicet mortificatõie aïæ & morte mētis añ mortécorpis. gr. xvii. 105
De somno & oratione & psalmodia in conuentu. Gr. xviii. 107

De corporalibus vigiliis qualiter arripiendæ & exercendę sint. Gr. xix. 108
De ignaua formidine. Gr. xx. 110
De multiformi cenodoxia Gr. xxi. 111
De superbia. Gr. xxii. 115
De ineffabilibus cogitationibus blasphemię. Gr. xxiii. 118
De mansuetudine & innocentia quæsitis non naturalibus & de nequitia. Gr. xxiiii. 120
De victrice passionum omnium altissima humilitate. Gr. xxv. 122
De discretiõe cogi. vitiorũq; vir. Gr. xxvi. 130
De discretione ad discernendum facili. 142
Cõpẽdiosa supradicto grõiu; recapitulatio. 152
De sacra corpis & aię quiete. Gr. xxvii. 155
De differentia, & discretione quietis. 158
De sacra & virtutum matre beata oratione vt'q; in ea intellectualiter ac sensibiliter assistatur. Gr. xxviii. 165
De terrestri cœlo beata tranquillitate, & perfectione & resurrectione animę ante cõmunem resurrectionem. Gr. xxix. 171
De vinculo trium principalium virtutũ fidei spei & charitatis. Gr. xxx. 174
Eiusdẽ ad pastorẽ sermo, in quo docetur qualis esse debeat rationaliũ ouiũ pastor. 178
Cõmẽdatio eiusdẽ Ioãnis Scholastici libri'q; a' se editi a' Ioanne Abbate Raithensis monasterii, vbi liber fere' totus breuissime ac mystice exponitur laudatur'q; scribẽs. 189

CLIMAX IOANNIS SCHOLASTI ci,qui ab eloquentiſſimo ac modeſtiſſimo fratre Ambroſio monacho & generali ordinis Camaldulenſis ẻ græco in latinũ traductus eſt.

DOMINO AMANTISSIMO ET MErito venerabili patri Matthęo Ambroſius.

h ORTATVS es domine amantiſſime, & merito venerabilis pater, vt fratrum noſtrorum cõmodis conſulens, beatiſſimi viri Ioannis, cui ob inſignem puto eruditionem ſcholaſtici cognomen fuit: opus illud egregium, in quo totius monaſticę perfectionis norma rectiſſime traditur: meo labore, & ſtudio in latinum noua traductione conuerterẽ. Aiebas enim priorem illam interpretationem tibi parum ſatiſfacere: videri'q; ad intelligendum difficillimã difficultatis ipſius cauſam prudẽtiſſime conii ciens: quod is ſcilicet, qui prior tranſtulit: quicunq; tandem ille fuerit (nam temere id definire non audeo) nimium inhæſiſſet literæ: atq; contra veterum eruditorum præcepta de verbo ad verbum tranſtuliſſet. Expetebas'q; a

me:

me:vt ſenſum illius viri apertius,atq; lucidius promerem. Id ego negocium,& ſi præterquã quod erat laborioſum,plurimorum etiam pa tere morſibus non ignorabam: (neq; enim deerunt,qui me ſuperfluũ quendam, & quod grauius ſonat,arrogantem & temerarium inſimulẽt:qui poſt priorem illum interpretem, quem afflatum ſancto ſpiritu id opus tranſtu liſſe,pertinacius fortaſſe, quàm conſideratius aſſeuerabunt:denuo transferre auſus ſim) ne tamen diu reluctando criminis in te fierem reus:neu fratrum noſtrorum, qui id tecũ aui diſſime expetebant,qui'q; mihi vita mea cario res ſunt: votis deeſſent:fretus oratiõibus: atq; auctoritate tua, me totum ad obtemperandum contuli: ipſum'q; opus ex integro conuerti:prioris illius ĩterpretis veſtigia omnino deſerens,ſenſum'q; lucide, quantum pro ingenii tenuitate licuit,exprimere conatus. Sane iſtiuſmodi hominibus,qui laborem hunc noſtrum,ſiue charitate inſtincti,mihi'q; à vanitate metuentes, ſiue ſtomacho ſuo ſeruientes, inutilem, & minime neceſſarium dicturi ſunt: pro me ipſe reſpondebis. Aequiſſimũ enim meo quidem iudicio videtur: vt tibi curam hanc totam reſpondendi permittam: qui me ad id opus vel iubẽtis imperio,vel affectu blã dientis hortatus es: vt ſcelus maximum exiſtimarem votis tuis diutius reluctari. Sciant tamen

men qui erunt ad vituperandum proniores: me non sine ratione hoc fecisse. Cum enim sim, quod ingenue ac libenter confiteor: iuris tui: quid mihi minus integrum esse potius: quam, non dicam iussioni, sed vel voluntati tuę contradicere? Aut igitur isti quid sit virtus obedientię, ignorant: aut calumniari irrationabiliter videntur. Præterea traductionem illam esse obscurissimam, ne ipsi quidem negabunt. Quod ergo crimen meum est: si quod ille obscurius transtulit: apertius ipse, & aliquanto etiā latinius conuertere conatus sum? porro quā fuerit interpres ipse eruditus: quid attinet dicere? Contendant isti peritissimum illum in vtraq; lingua extitisse. ego ab illis longe dissentiens, in neutra satis plenum fuisse veraciter asseuerabo. Nam græca pleraque non recte intellexisse, cuilibet eius linguę vel mediocriter perito facile ꝯstabit: & latina erudite posuisse qui affirmat: sese imperitissimū esse, haud obscure significat. Sanctissimum illum virum fuisse asserant: facile ac perlubēter consentiam: non tamen, quia sanctus fuerit: eruditum etiam fuisse sequitur: atq; idoneum ad transferendum. Aliud enim sanctitas est: atq; aliud eruditio. Immo vero, si sanctus fuit: ne id quidem tentare debuit, quod commode implere non posset: neq; id onus subire, quod virium suarum excederet modum. Fa-

cit enim iniuriam doctissimo viro: qui illum imperite, ac rustice loquētem reddit. Sed hæc fortasse liberius, quàm verecundiæ meæ con ueniebat, necessario tamen (vt reor) à me dicta sunt: ne sine causa me transtulisse homines existiment. Habes pater optime quid huiusmodi hominibus, quantum ego arbitror: rite respondere possis. tibi enim (vt dixi) curam istam delegaui. Reliquum est: vt nos sicut verbis instruis: ita orationibus iuues, quo pelagus istius seculi vndosum, ac procellis sęuientibus inuium precum tuarum remigio tuto traiicere possimus. Sanctā, venerandamq́ꝫ canitiem tuam CHRISTVS dominus noster ęuo longiore tranquillam tueatur, domine venerabilis, ac merito desiderabilis pater.

Vita

VITA IOANNIS SCHO LASTICI

QVAENAM hunc diuinum virum ciuitas tulerit: atquẽ ante cœlestis militiæ gloriosam exercitationem educauerit: non facile dixerim: cum id mihi non satis diligenter exploratum sit. quænam vero modo ipsum ferat: æternis'q;, & immortalibus delitiis pascat: longe ante nos beatus Paulus expressit. Est enim & ipse penitus cœlestis illius Hierusalẽ effectus municeps. in qua ecclesia primitiuorum est. quorum, inquit, conuersatio in cœlis est. ubi sensu purgatissimo, atque ab omni materia remoto, diuina insatiabiliter hauriens, pulchritudines'q; inuisibiles contemplans, digna sudorum præmia recipit: laborum'q; mercedem quietissimam refert. Nam cœlestis regni hæreditate potitus cũ illis iam in æternum tripudiat: iungit'q; lætitiã: quorum spes stetit in directo. Quonam vero modo beatitudinem istam sibi cõparauerit: iam dicere instituam. Hic, cum per ætatem corpoream XVI ferme esset annorum: seipsum obtulit CHRISTO sacrificium gratum, atque acceptabile: monasticæ vitæ iugo colla subiiciens,

tionibus vt armis potentiſſimis frętus ad deſtructionem munitionum ſathanæ. Quinto autem ab eccleſia lapide paleſtræ ſuę domicilium conſtituit,loco, cui Tholas nomen eſt: ibi'q; quadraginta annos ſumma animi magnitudine, & alacritate tranſegit, ardentiſſimo amore, ac diuinæ charitatis igne ſemper æſtuans. Iam vero quis poſſit quãtos illic pertulit labores, digne aut verbis, aut plauſibus proſequi? Quomodo enim afferri illud in lucem poterit:cũ omnis eius labor clã'm,& ſine arbitris exactus ſit? Veruntamen ex primitiis quibuſdam,& veluti paruis occaſionibus beatiſſimi viri ſanctum inſtitutũ audiamus. Edebat quidem ex oĩbus, quæ ſibi per profeſſiõis ſuæ votum edere licebat; ſed modice omnino: vt & ex hoc faſtum, atq; elationis cornu ſapientiſſime deiceret: breuitate quidem victus inſanam gulæ rabiem penitus affligens, atq; illi per inediam clamans, tace, obmuteſce: & ex omnibus modice guſtãdo tyrannidem inanis glorię ſub iugum mittens. Solitudine præterea, & raro hominum ingreſſu, fornacis huius flammam, luxuriam ſcilicet, adeo extinxit: vt omnino obſtructa ſedaretur:nullas'q; iam ſibi moleſtias irrogaret. Cupiditatem vero, quam idolorum venerationẽ apoſtolus eſſe diffiniuit; miſericordia dei, rerum'q; neceſſariaȝ exiguitate fortiſſime for

tis iste superauit. Accidiam vero, desidiam'que animi, quam merito iugem animæ mortem dixerim: mortis memoria, iugi'que pietatis exercitatione deuitauit. Cum'que nullius mortalis rei affectione teneretur: æternorum'que solum sensu pasceretur: noxiæ tristitiæ vinculis liber euasit. Iracundiæ vero tyrannidē in seipso per obedientiæ gladium occiderat. Raro præterea processu corporis, rariore'que sermonis inanis gloriæ sanguisugam araneæ simillimam mortificauit. Quid octaui uitii supremam, diligentissimam'que emundationem superbiæ scilicet prosequar? quā cepit quidem per obedientiæ mansuetudinem nouus hic Beseleel: perfecit vero cœlestis Hierusalem dominus presentia sua aduenięs: humilitatem'que aduersus illam exaltans: qua sine diabolum, eius'que conformem classem destrui possibile non est. Vbi vero in huius coronæ contextu ponam lachrimarum illius fontem? Rem quidem raram, & quę in multis non facile inuenitur: quarum hodie quoque superest secreta officina, spelunca breuissima in extremitate quadam ad radices montis posita: tantum'que ab illius, atque omni alia cellula remota: quantum ad obstruendas gloriæ inanis aures satis esse videbatur. Ad cœlum vero vsque gemitibus, suspiriis, singultibus, precibus'que, & eiusmodi reliquis, quæ ab iis fieri solent, qui gla-

diis, cauteriis'q; punguntur: & quibus effo-
diuntur oculi: pertingens. somni quidē tan-
tum capiebat: quantum sufficere posse arbi-
trabatur ad seruandam intellectus, animi'que
substantiam: ne per enormitatem vigiliarū
contabesceret. Ante somnum vero vt pluri-
mum orationibus vacans, libellos etiam cō-
scribere solitus erat: quo solo opere accidiæ
langorem ab se fugabat. Porrò cursus eius
omnis perpetua erat oratio, amor'q; incom-
parabilis ad Deum. Hunc enim die, noctu'que
mundissimo in castitatis speculo intuens, satie
tatem ullam capere nolebat: immo vero (vt
magis proprie eloquar) non poterat. Huius
aliquando diui patris vitam imitari cupiens,
eius'q; disciplinis imbui, atq; ab eo verę philo
sophiæ elementa percipere quidam ex iis, qui
vitam solitariam delegerant: Moses nomine,
pleros'q; sanctorum patrum precatores exhi-
buit: per quos illum vt se in discipulum susci
peret, summis precibus orauit. Igitur illorum
precibus frętus, à sancto viro vt optauerat su-
sceptus est. Huic aliquando pater sanctus p̄ce
perat: vt quodam ex loco pinguis glebę ma
teriā cōueheret pro lętiori hortuli, olerum'q;
cultura. Perueniens igitur Moses ad denota-
tum sibi locum, quod iussus fuerat, impigre
exequebatur. Sed cum iam meridianum tem-
pus adesset: & Solis incendio fornacis in mo

tem locus ille ignesceret(erat enim mẽsis Augustus)victus Moses, & ex transuectione fatigatus aliquantula requie sibi opus esse decreuit. Atq; sub imanis saxi vmbra seipsum demittens obdormire cępit. Sed clementissimus deus fideles seruos suos in nullo contristari permittẽs, cũ iam iam periclitaretur Moses: consueta illum misericordia hoc modo præoccupat. Magnus hic pater noster Ioannes,cum in cellula sua degeret:sibi ipsi,& deo vt consueuerat vacans, in somnum quẽdam tenuissimum incidit: vidit'q; per visum virum quendam augustiore facie, & habitu se excitantem: somnos'q; sibi exprobrantem,ac dicentem:Tu ne Ioãnes ita secure obdormis: & Moses periculo proximus est? Citius itaq; euigilans,oratione statim armatur,intentissime pro discipulo supplicans. Quem postmodum ad vesperam reuertentem interrogat: num aliquid sibi aduersum, atq; insperatum contigisset? Tum ille Saxum,inquit, mirę magnitudinis parum abfuit, quin me demoliret,& penitus conteteret:cum sub illo profunde obdormirem:nisi vocem tuam audire me existimans,ex loco concitus saltu timore pleno desilissem. Quo facto,continuo saxũ illud rũpe euulsum,ac terrę affixum conspexi. Quo audito vir dei vere mente humilis, nihil ex iis,quæ viderat,discipulo annuncians,occul-

tis,clamoribus,

tis clamoribus, & intimæ charitatis vocibus hymnum dicens, gratias vberrimas retulit deo: Erat etiam vir sanctus occultorum vulnerum medicus. Monachus enim qdam Isaac nomine, cum aliquando graui carnis æstuaret incendio: cursu ad illum peruenit, vndiq; mœrore circũfusus: intestinum'q; bellum, singultibus & lacrimis vtens, patefecit. Eius itaq; fidem, & humilitatem vir dei admiratus, blande illum iis vocibus consolabatur, dicens. Stemus, inquit, ambo ad orationem fili: & omnino clemens ac misericors dominus preces non despiciet nostras. quod cum factum fuisset: nec dum oratione completa, adhuc prono in faciem infirmo fratre prostrato, voluntatem serui sui dominus fecit: vt ex hoc prophetam suum vera dixisse ostenderet: serpens'q; carnis effugit flagellis intentissime orationis edomitus. Porro is, qui hactenus fuerat æger, liberatum se ægritudine conspiciens, omniq; iam eiusmodi perturbatione curatũ obstupuit valde: deoq;, & illius inclyto famulo gratias retulit.

CVm vero præterea venerandus hic pater verbo gratiæ ad se venientes affatim exsatiaret: ac doctrinæ fluenta largissime profunderet: maligni quidam homines inuidiæ facibus inflãmati, tantam'q; frugem, quanta ex illius doctrina gignebatur,

cohibere molientes,loquacem illum,ac nugacem dicere cœperunt. quod ille animaduertens,cuncta'q; in eo,qui se cōfortabat, CHRISTO posse edoctus, nec solum per sermonis exhortationem eos,qui ad se vtilitatis suę causa veniebāt,erudire volens, sed multo potius per silētium,& per operum philosophiam: vt (sicut scriptum est)abscinderet occasionē quęrentium: vsq; ad certum tempus tacere instituit: mellifluum'q; doctrinæ fluuium cōpescere satius esse,& melius existimans hoc interim detrimento affici studiosos bonorum amatores: quibus fortasse per silentium amplius profuturus erat: quā ingratos illos iudices amplius irritari: ne vlterius eorum malitia, & maleuolentia excurreret. Quocirca & illi reueriti humilitatem,ac modestiam viri, conscii'que sibi, quod eiusmodi vtilitatis fontem obturauerant: quanti'q; detrimenti causa omnibus extiterant: ad virum supplices adueniunt: doctrinæ'q; sermonem communi voto cum aliis exposcunt. Cessit igitur statim: vt qui contradicere non norat:& denuo prioris status arripuit normā. Cum igitur ita bonis omnibus excelleret: vt similis illi inueniri non posset: vno simul omnes voto,vno'q; affectu, tanquam nouum quēdam Mosen inuitum illum ad fratrū magisteriū, & regimen assumpserunt: lucernam(vt ita dixerim

xerim) super principatus candelabrum eleuã-tes: optimi sanè taliũ iudices, nec spe sua frustrati sunt. Ascendit enim & ipse ad mõtem, sacratam'q; caliginem subiens, dei manibus conscriptam legem suscipit: deique contemplatione fruens, & intellectualibus gradibus scandens, verbo dei aperuit os suum: & spiritum attrahens, eructauit verbũ bonum de bono thesauro cordis sui. Sic igitur impleuit finem visibilis vitæ in principatu Israelitarum monachorũ: in hoc solum à Mose differẽs: quod supernam Hierusalem summa facilitate cõscendit. Ille enim nescio quo modo etiam terrena frustratus est. Attestantur autem iis, quæ diximus, quotquot per eum spiritus sancti eloquiis, & gratia potiti sunt: plurimi'que ex iis eius doctrina saluati sunt: hodie'q; saluantur. Testis optimus sapientis huius salutis, simul'q; sapientiæ nouus Dauid. Testis itẽ & pastor noster optimus Ioannes: à quo magnus ille exoratus de Sinai monte descendens, veluti nouus alius dei speculator suas à deo inscriptas tabulas ostendit nobis, extrinsecus quidem actiuæ vitæ, intrinsecus vero contemplatiuæ doctrinas continentes.

Epistola

EPISTOLA IOANNIS ABBATIS Raithu ad Ioannem Abbatem Montis Sinai Scholasticum nũcupatum.

DOMINO SINGVLARITER MIrabili, æquali angelis, patri patrum,& doctori eximio Ioãni abbati montis Sinai Ioãnes peccator abbas Raithu in Dño Salutem.

a

AGNOSCENTES nos a' perfectione longius remoti tuam discussionis gnaram, singularem'q; ac virtutibus cæteris ornatã obedientiam,in ea præsertim parte,in qua te cum talento tibi a' deo tradito lucrari conuenit: huiusmodi supplicatione vtimur, prophetici illius dicti memores.Interroga patrem tuum: & annunciabit tibi: seniores tuos: & dicent tibi. Quocirca tibi veluti communi omnium patri,cunctis'q; in exercitationis lucta seniori,mentis'q; acumine ac virtutibus omnibus & perfectione doctrinæ prędito, per nostras literas procidimus: virtutumq; tuarum culmen exoramus:vt nobis imperitis,& rudibus ea perscribas, quę in diuina speculatione,sicut ille olim Moses, in hoc ipso monte vidisti: ac veluti tabulas quasdã diuinitus scriptas librum ad nos a' te dimittas: atq; in doctrina nouo Israeli proponas:eis scilicet,qui perfecte atq; integre de spiritali Aegypto, atq; vitę huius mari

ius mari exierunt. Sicut igitur deiloqua lingua instar virgę frętus mirabilia in mari gessisti: ita nunc quoq; exoratus, ne quæsimus declines monasticę perfectioni conuenientia. vt reuera summus magister impigre simul, summa'q; cum moderatione describere in salutem, & cõsolationem omnium, qui sanctam hanc atq; angelicam conuersationem elegerunt. Neq; assentãdi gratia istud a' nobis dici arbitreris: nosti quippe o' sanctũ caput istiusmodi adulationes alienissimas esse a' proposito atq; instituto nostro: sed illud nos dicere existima, quod certissime omnes & vident, & intelligunt, & dicunt. Idcirco confidimus in domino cito suscipere, atq; complecti quos speramus, inscultos tabulis generandos apices: quibus ii veraciter ducantur, qui sine errore sequi eos cupiunt: ac veluti quandam scalam vsq; ad cœli ianuas erectam, eos'q;, qui cupiunt ascendere, innocuos, illæsos'q; perducẽtem transcendentes libere, & absq; vllo impedimento spiritalia nequitię, & mundi rectores tenebrarũ, & principes aëris. Nempe enim si Iacob ille, pastor ouium cum esset: adeo terribilem in scala visionem conspexit: multo pfecto' magis rationalium pecorũ magister non visione solũ, sed veritate quoq; ascensum ad deũ tutũ, & errore omni liberum ostẽdet. Vale in dño charissime, ac nimiũ venerãde pr.

Ioannes

IOANNES IOANNI SALVTEM

A Ccepi cõueniẽtiſſimam honeſtiſſimo tuo,atq; impaſſibili inſtituto,mũdo'q; & humili cordi, quã ad nos pauperes & virtutibus inopes ſcripſiſti venerandã epiſtolam tuam: immo vero præceptũ, ac vires noſtras excedentem iuſſionem. Tuum enim erat reuera tuum, tuæ'q; ſanctæ animæ proprium,a'nobis rudibus,verbo'q; & opere imperitiſſimis doctrinæ,atq; correptionis præcepta requirere.familiare enim tibi ſemper fuit, nobis per teipſum ꝓponere humilitatis exempla. Sed nos, ut id fateamur, quod ueriſſimum eſt: niſi metus, atq; ingens periculum eſſet, iugum ſanctæ obedientiæ, quæ virtutum omnium mater eſt,a'nobis excutere,nũquam profecto' ea, quæ ſupra vires noſtras ſunt, tentare auſi fuiſſemus. Oportebat enim o'admirabilis pater,cõueniens'q; erat, hæc te ab illis potius quærere, qui ea iam dudum coluiſſent. nos enim in diſcipulorum adhuc ordine adnumerandi ſumus. Quoniam vero deiferi patres noſtri,veracis'q; ſcientiæ magiſtri obedientiam diffiniunt in eis rebus, quæ ſupra vires ſunt,nihil diſcernendo obtemperare præcipientibus: imbecillitatem noſtram obliti,ea,quæ ſupra nos ſunt,audacter tentare

aggreſſi

aggressi sumus:non quidem vt aliquid,quod tibi profuturum sit, nos dicturos putemus: aut certe explanaturos illud,quod ipse longe melius noris quàm nos,ó diuum sacrũq; caput: (mihi enim persuasum est, puto autem quod & prudentium singulis, mundissimum tuæ mentis oculum ab omni terrena & tenebrosa tenebrificarum perturbationum conspersione libere, & absq; vllius obicis retardatione diuinam intueri lucem:atq; ab ipsa omnino illustrari) cæterũ(vt dixi) inobedientiæ mortem reformidans, & veluti metu ad obediendum impulsus,timore simul atq; desiderio tuæ sanctæ iussioni obtemperare institui: vt gratus, obediens, ac pictoris optimi inutilis filius exili, & admodum tenui sciẽtia mea,graciliq; oblatione, solo atramento simpliciter viuentia eloquia adũbrans. tibi vero iam relinquens ó magistrorũ summe, & cõgregationis princeps,ista & ornare,&clarius disserere:atq; ea,quę desunt, implere tanquã seruatori spiritalis legis.Hunc tamen sane conatum nostrum nõ ideo misimus ad te, tanquã tibi futurum emolumento: (absit id penitus. Hoc enim esset extremę demẽtiæ: cum ipse in CHRISTO idoneus sis non solum alios, verum & nos ipsos moribus sacris, & doctrinis erudire) sed illum conuocatæ à deo congregationi,quæ vna nobis cum abs te doctorum

rum optime instituitur: transmisimus: quorum precibus quasi quibusdam spei intellectualibus manibus imperitiæ mole leuigatus, iam'q; calami velum explicans, atq; optimo gubernatori CHRISTO verbi gubernacula permittens, votis omnibus fretus iussione tua, huius ad illos sermonis iam initium facio. Obsecro autem omnes, quorum in manus liber iste venerit: vt si quid in illo vtile fortassis inuenerint: id optimi præceptoris nostri esse, non ingrate intelligát: nobis vero solius conatus remunerationem à deo donari intentissima oratione deposcant: non iis, quæ dicuntur, incendentes (sunt enim re vera vilissima, atq; omni ignoratione & simplicitate plena) sed propositum, & alacritatem, vt illius ex euangelio viduæ suscipientes. Neq; enim munerum, & laborum multitudini deus mercedem reddit: sed alacri proposito, & feruentissimæ voluntati.

Sermo

SERMO PRIMVS DE INANIS VITAE ABRENVNTIATIONE

CVM summæ incomprehensibilis, atq; incircunscriptæ bonitatis Deus noster rex (est enim cõuenientissimum, vt ad Dei seruos loqui instituẽtes, a Deo ipso summamus orationis exordium) cunctas ab se conditas rationales creaturas liberi arbitrii dignitate honorauerit: alii quidẽ amici illius sunt: alii vero fideles, ac legitimi serui: quidam penitus inutiles: alii vero ab illo prorsus alieni; nonnulli, quamuis imbecilles, tamen aduersarii. & amicos quidem dei proprie, o sacrum caput, nos rusticiores esse arbitramur eas, quæ circa illum sunt, intellectuales, incorporeas'q; substantias: Fideles autem seruos, eos, qui sanctissimę illius voluntati obtemperauerunt: & impigre, atq; infatigabiliter obtemperant. Porro inutiles seruos, quotquot baptismate dignati pacta & conuenta cum illo legitime non seruauerunt. Alienos vero a Deo, atq; inimicos intelligimus, quoscunq; a recta fide deuiasse cernimus. Hostes autem sunt ii, qui præcepta Dei non solum repulerunt: atq; a semetipsis abiecerunt: verum eos quoque validissime oppugnant: qui ea

perficere

perficere contendunt. Quoniam igitur eorum singulis, quos modo memorauimus: proprius, & peculiaris debetur sermo: nobis vero imperitis ad præsens de omnibus prosequi vtile non est: age iam age ad eos, qui nos pie violentissimo charitatis iure subegerunt: & fideliter coegerunt: fidelissimos famulos dei indignam manum nostram per obedientiam indiscussam extendentes, & ab illorum scientia susceptum verbi calamum subtristi, & perlucidæ humilitati intingentes, hunc'q; in illorum lenibus, & candidissimis cordibus, velut in chartis quibusdam: immo vero spiritalibus tabulis cōdentes, diuina'q; eloquia pingentes, hoc orationis nostræ initium summamus. Omnibus, qui voluntate, & libero arbitrio vtuntur: deus cōmuniter proponitur: omnibus vita: omnibus salus: Fidelibus, infidelibus, iustis, iniquis, piis, impiis, vitiosis, vitiis carentibus, sęcularibus, monachis, sapientibus, rudibus, sanis, imbecillibus, iuuenibus, prouectioribus, non aliter quàm infusio lucis, & Solis aspectus, temporum'q; vicissitudines. Neq; enim est personarum acceptio apud deum. Impius est rationalis mortalis'q; natura sponte uitam fugiens, creatorem'q; suum, qui semper est, veluti non esse existimans. Iniquus est, qui legem dei ad intellectum suum malum violenter intorquet:

quet: & cum sit contrarię hęreseos, Deo se credere putat. Christianus est, q CHRISTVM, quantum homini possibile est, imitari nititur verbis, & operibus, & tota intentione animi: in sanctam Trinitatem recte, atq; incomprehensibiliter credens. Dei amator est, qui naturalium omnium rerum, & earum, quæ per leges sine peccato permittũtur, particeps, bona, quæ potest operari, non negligit. Continens est, qui in medio tentationum, & laqueorum versatur: mores'q; tranquillos, turbis'q; ac tumultibus liberos viribus omnibus imitari, & assequi contendit. Monachus est ordo & status angelicus in corpore materiali & sordido consumatus. Monachus est, qui solũ ad deum acie mentis intentus, illũ semper orat in omni tempore, & loco, & re. Monachus est perpetua naturæ violentia, sensuum'q; vigilantissima & indefessa custodia. Monachus est castificatum corpus, expiatum os, animus'que diuino semper lumine irradiatus. Monachus est afflictus & mœrens animus: qui iugi mortis memoria, siue vigilans, siue obdormiens, seipsum semper exercet. Mũdi derelictio est spontaneum odium, abnegatio'q; naturæ ex desiderio fruendi eis rebus, quæ supra naturam sunt, tanquam ex sua stirpe progenita. Quicunq; vitę pręsentis cõmoda sponte alacriter'q; relinquunt: prorsus aut futuri regni gratia, aut

ex peccatorum multitudinis memoria, aut sola diuinę charitatis causa istud faciũt. Porro si quis nulla ex prædictis intentionibus duce id fecit: huius irrationabilis est renunciatio. Veruntamen finem cursus, qualemcunq; inuenerit, Agonitheta noster optimus approbat. Imitetur is, qui peccatorum suorum onus deponere festinat: eos, qui extra ciuitatẽ ante sepulchra sedent: nec desistat effundere feruidas, & igneas lacrimarum guttas, cordis'q; tacitos mugitus, quoad ipse quoq; veniẽtem videat IESVM, lapidem'q; cęcitatis a corde remouentem, & Lazarum, animum scilicet nostrum, peccatorum vinclis liberantem, ministris'q; angelis iubentem. Soluite illum vitiorum nodis: & finite ad beatã, placidam'q; tranquillitatem ire. Sin uero alias fecerit: nihil omnino proficiet. Quicunq; ex Aegypto egredi, Pharaonem'q; cupimus effugere: prorsus Mose aliquo ad deum, ac post deum mediatore nobis opus est: qui pro nobis medius inter actionem, & contemplationem stans, manus extendat ad deum: vt hoc duce directi, peccatorum traiiciamus mare, atq; Amalec vitiorum principem fugemus. Seducti igitur sunt, qui sibiipsis confidentes, nullo sibi duce opus esse arbitrati sunt. Et illi quidem, qui ex Aegypto egressi sunt: Mosen: qui vero ex Sodomis fugerunt: angelum dei habuere du-

cem.

cem. Atq; ii quidem, qui ex Aegypto profe-
cti sunt:eos significát, qui animarum suarum
morbos per medicorum curam,& diligẽtiam
sanare cupiunt. qui vero ex Sodomis fugere:
illos designant, qui miseri im̃munditiam cor
poris exuere votis omnibus desiderant. quo-
circa angelis etiam videlicet æquali (vt ita di
xerim) adiutore homine opus habent. Nam
secundum vulnerum putredinem peritissimo
etiam artifice, & medico egemus. Summa re
vera violentia,indefessis'q; & iugibus labori-
bus illis opus est, qui in cœlum ascẽdere cum
corpore nituntur: id'q; maxime in principiis
renũciationis suæ: donec mores nostri assueti
voluptatibus, & cor nostrum hactenus sine
doloris sensu in amorem dei,castitatis'q; san-
ctificationem per intentissimum luctum con-
uertantur. Labor enim re uera,& ingẽs labor,
summa'q; amaritudo proponitur: atq; eis ma
xime, qui negligentius sunt affecti: quoad
macello,& voracitati assuetũ canem nostrum,
animum scilicet, speculationis & castitatis stu
diosum efficiamus per simplicitatem, & pro-
fundam iræ extinctionem,cautissimam'q; di-
ligentiam. Confidamus tamen, quotquot
vitiis pulsamur:etiam si nõdum satis virium
contra hæc adepti sumus: fide'q; firmissima
infirmitatem nostram, & animæ langorem
CHRISTO. supplici confessione offera-

mus:& omnino ipsius adiutorium vltra merita nostra reportabimus: si tamen nos met ipsos iugiter in humilitatis profundum deiecerimus. Non ignorét, qui ad honestissimum istud, durum'q; & arduum, sed leue certamen accedunt: quod in ignem insilire pergunt: si quidem in diuini amoris ignem in seipsis habitare cupiunt. Probet vero seipsum vnusquisq;: & sic de pane illius cum amaritudinibus comedat: & de calice illius cum lacrimis bibat: ne ad iudicium sibiipsi militet. Si non omnis, qui baptisma consequitur, saluus est. Silebo reliqua: cuncta abnegabunt: omnia despicient: omnia irridebunt. vniuersa excutient, qui fundamẽtum optimum iactare pergunt. Porrò fundamentum optimum triplex est: tribus'q; columnis fulcitur: Innocentia, Ieiunio, & Pudicitia. Omnes, qui in CHRISTO infantes sunt: ab iis tribus incipiant: atq; infantes per ætatem sibi ad exemplum sumant. Nihil in illis inuenitur callidum: nihil durum: nihil simulatum. non auiditas insatiabilis: non venter inexplebilis: non ardens in corpore libidinis cõmotio. Cæterum secundum escarum incrementa ferè etiam libidinis incentiua subcrescunt. Odiosum sanè, periculi'q; plenissimum est: ab ipso statim conflictus ingressu, lacessere luctantem. Est enim id futuræ necis non obscurum argumentum.

gumentum. Erit nobis omnino perutile: forte, & validum renunciationis initium arripere: etiam si postmodum mollescere contingat. Anima enim, quę viriliter pugnare cœperit: rursum'q; debilitata cesserit: antiquę virtutis, & studii memoria quasi stimulo quodam & flagello vulneratur. Atq; ex hoc nonnunquam plurimi pristinum vigorem receperunt: priores'q; pennas resumpserunt. Quoties igitur anima seipsam prodiderit: calorem'q; illum amabilem, ac beatissimum amiserit: inquirat diligenter qua ex causa id sibi contigerit: atq; aduersus illum bellum omne, ac studium summis viribus resumat. neque enim poterit per aliam portam illum reuocare, nisi per quam egressus est. Qui ex timore initium renunciationis accepit: thymiamati ardenti similis fortasse videatur: quod initio quidem ab odoris suauitate cœpit: postmodum vero in fumum desiit. Qui vero ob mercedis spem: mola asinaria profecto est: quæ semper similiter mouetur. Qui autem ex diuina charitate sæculo abrenunciauit: ab ipsis statim initiis ignem promeruit: qui fortassis in syluam iniectus, rogum semper vehementiorem vlterius exsuscitat. Sunt nonnulli, qui supra lapides lateres ædificant. Sunt item alii, qui super terram columnas erigunt. Et sunt alii, qui, cum modicum itineris pedibus fece-

rint: cōcalefactis iam artubus,& neruis,ocyus postmodum proficiſcuntur. Qui legit,intelligat, quid ſermo iſte ſignificet. Tanquam a Deo, & rege noſtro vocati curramus alacriter: ne, ſi forte pauco tempore vixerimus: in die mortis infructuoſi inueniamur: & fame pereamus. Ita deo,& domino noſtro placere ſatagamus: vt regi ſuo milites. Nam poſt militiam tūc demum a nobis diligentiſſima ſeruitus requiritur. Metuamus dominum: ſicut facimus beſtias. Vidi enim viros furari cupientes: qui, cum Dei metu a ſcelere non reuocarentur: canum latratibus perterriti, ſtatim reuerſi ſunt: quod'ꝗ Dei timor non fecerat: id canum metus effecit. Diligamus dominum: ſicut amicos colimus. Vidi enim ſępe nonnullos: qui, cum Deum ſuis ſceleribus ad triſtitiam prouocaſſent: nullam reconciliationis curam habuerunt. Cum vero caros ſuos in aliqua vel leuiſſima re irritauiſſent: omni induſtria, omni intentione animi, omni afflictione, omni confeſſione delicti, per ſeipſos, per amicos, per cognatos, per munerum largitionem cuncta moliti ſunt: vt illos in antiquam charitatem reuocarent. Prorſus vero in ipſis abrenunciationis initiis non ſine labore, & violentia, & amaritudine virtutes operamur. Cum autem iam proficere cœperimus: ſine mœrore, vel certe cum minimo mœrore

exemplu

in ipſis

in ipsis exercemur. At vero cum mortalis sensus noster penitus fuerit absorptus, atq; ab alacritate nostra superatus: tunc iam eas cũ omni gaudio, & studio, & desiderio, & diuinæ charitatis flamma perficimus. Quanto sunt laudibus dignissimi: qui ab ipsis confestim initiis cum gaudio & alacritate summa virtutes omnes arripiunt: & Dei mandata perficiunt: tanto sunt miserabiles existimandi, qui, cum in hac exercitatione diutius vixerunt: ægre adhuc, & cum labore illas subeunt: si tamen vel tandem subeant. Ne illa quidem renunciationum genera vituperemus, aut condemnemus, quę casu fiunt. Vidi enim quosdã fugientes, cum procedenti regi inuiti occurrissent: repente in illius obsequium, atq; inter illius milites adscribi: regiam'q; vna ingredi: atq; inter illius conuiuas numerari. Vidi semen in terram de agricolæ manu negligenter lapsum fructum lætissimum, ac plurimum tulisse. Sicut etiam econtra vidi nonnunquam in tabernam medicorum quendam alterius cuiuspiam necessitatis causa aduenisse: ibi'que medici solertia, & comitate deprehensum, luminibus etiam suis iniectam amisisse caliginem. Sic'q; fit vt in plerisq; ea & firmiora sint, & magis rata, quæ inuitis accidunt: quã m quę illis ex sententia proueniunt. Nemo pondus, multitudinem'q; peccatorum obtẽdens,

indignum se monastica professione dicat: nec se ita decipiat: vt seipsum humilem existimet: si, vt fruatur voluptatibus, arduam virtutis semitam ingredi detrectat, prętendens occasiones in peccatis. Nam vbi putredinis plurimum est: ibi maxima medicorum arte opus est: vt ea putredo omnis depuretur. qui enim sani sunt: medicorum tabernas non adeunt. Si vocante nos terreno, & mortali rege, & in suum obsequium coram se militare iubente, nihil moraremur: neq; occasiones quærere mus: sed omnibus dimissis, illi summa alacritate pareremus: attendamus nobis ipsis: caueamus'q; diligenter: ne forte rege regum, & domino dominantium, & deo deorum vocante nos ad cœlestem hunc ordinem, per nostram desidiam, & negligentiam obtemperare recusemus: & postmodũ ante tribunal illud horrendum inexcusabiles inueniamur. Fieri quidem potest vt is, qui sæculi negociis, & ferreis curis se deuinxit: incedat: sed tamen non libere. Nam & ii, quorum pedes ferro compediti sunt: sæpe incedunt: & semp offendunt: vulnera'q; suscipiũt. Is quidẽ, qui sine vxore in mundo degit, solis negociis obligatus: ei similis est: cui ferreis nexibus manus circũligatę sũt. ideo'q; si ad solitariam, vel monasticam vitam currere voluerit: nõ prohibetur. Qui vero vxori coniunctus est: ei, qui vinctos habet pedes,

pedes,& manus: similis videtur. Audiui ego quosdam in mūdo negligentes, cum dicerent ad me. Quomodo possumus coniugibus vna cohabitantes, curisq; reipub. circumuallati, vitam monasticam arripere? Ad quos ego, Omnia inquā bona, quæ facere potestis, facite: maledicta in nullum iaciatis. nemini mentiamini. furto abstinete. contra nullum eleuemini. neminem odoritis. ecclesias, & collectas frequentate. indigentibus misericordiam præstate. neminem scādalizetis. alienæ parti ne propinquetis. contentiq; estote vxorum vestrarum stipendiis. Ista si feceritis: non longe eritis a regno cœlorum. Cum gaudio, & metu ad egregium istud certamen accingamur, inimicos nostros nulla ratione formidantes. Intuentur enim illi, & si non videantur a nobis: animarum nostrarum vultus: & si illos viderint formidine contrahi, vel immutari: contra nos acerbius armantur. Intelligunt enim versutissimi timorem nostrum. magno igitur animo aduersus illos arma capiamus. ei enim, qui alacriter pugnat: nullus oppugnando præualet. Mira dispensatione dominus rudibus adhuc militibus suis bella temperauit: ne initio statim prælii magnitudine deterriti ad sæculum redirent. Quocirca gaudete in domino semper omnes serui Dei. hoc in vobis primum signum supernæ aduersum vos pietatis.



Horrid.

tatis, & charitatis, quod'que ille vos vocauit, agnoſcentes. Et hoc item facere Deus ſæpius agnoſcitur. Cum enim fortes animas viderit ab exordiis: ſtatim bello illas vehementiore pulſari permiſit: eas celeriter coronare cupiẽs. Abſcondit dominus a ſęcularibus ſtadii difficultatem: imo vero facilitatem. Si enim hanc nouiſſent: nunquam profecto abrenunciaſſet omnis caro. Da labores iuuẽtutis tuæ CHRISTO: & in ſenectute gaudebis ſuper pacatiſſimæ quietis opibus. Ea, quæ in iuuentute congregauerimus: cum ex ſenectute poſtmodum debiles facti fuerimus: nos nutriunt, & conſolantur. Laboremus iuuenes ardenter: curramus ſobrie, & vigilanter. Mors enim incerta horis omnibus imminet. Hoſtes re uera nequiſſimos habemus, acerrimos, verſutos, callidos, validiſſimos, nunquam dormientes, inuiſibiles, omni materię impedimento liberos, ignem in manibus tenentes, templum'que Dei per flammam, quæ in eis eſt, incendere omni ſtudio deſiderantes. Nemo, cum iuuenis eſt, inimicos ſuos dęmones audiat, dicentes: noli carnem tuam ita atterere, ne morbos, & ęgritudines incurras. Vix enim reperietur, hac præcipue ætate, qui hanc mortificare delegerit: etiam ſi ſe multis, & lautioribus cibis priuauerit. Hęc enim ſane eſt dęmonis aſtutia: id'que niſibus omnibus contendit: vt ingreſſum certaminis

taminis nostri mollem,& negligentię plenissimum faciat: finemq́ postmodū initio consentientem. Ante omnia istud & inquirent,& faciant diligentissime ii,qui CHRISTO seruire fideliter cupiunt: vt loca, mores, sessiones,ac studia,quæ sibi ex patrum spiritalium sententia,& ex cognitione propria competere peruiderint: eligant. Neq enim omnium est, in cœnobiis degere: atq eorum maxime,qui gulę illecebris pulsantur:neq rursus omnium est,vitæ solitariæ quietem sequi: & eorum in primis,qui ad iracundiam procliuiores sunt. Vnusquisque diligenter inspiciat,cui statui aptior sit. In tribus maxime principalibus statibus monastica omnis continetur vita. In anachoreseos,vel secessionis certamine, & solitudine. In vnius,vel duorum contubernio in solitudine,in cœnobii cum tollerantia cōmoratione. Ne declines,inquit Ecclesiastes,ad dexteram,vel ad sinistram: sed via regia ingredere. Medius enim prædictorum statuum aptissimus plurimis fuit. Ve enim soli,inquit, quoniam si in accidiam ceciderit,aut somnum,aut desidiam,aut desperationem:non est in hominibus qui illum erigat. Vbi vero sunt cōgregati duo,vel tres in nomine meo: ibi sum in medio eorum: ait dominus. Quis est ergo fidelis & prudens monachus: qui feruorem suum seruauit inextinguibilem: &

in dies

in dies vsq; ad finem vitæ suæ ignem igni adiicere, feruorem feruori, desiderium desiderio, ac studium studio nunquam desiit?

De Vacuitate Affectionum. SERMO II

Qui deum in veritate diligit: qui futuro regno perfrui veraciter quęrit: qui p peccatis suis veraciter dolet: qui revera supplicii, futuri'q; iudicii memoria tãgitur: qui te vera metũ mortis assumpsit: nihil iam in pręsenti sæculo diliget: nullius rei curis angetur: non pecuniarum: nõ prędiorũ: non parentũ: non mũdanæ glorię: non amicorum: non fratrum: non vllius omnino terrenæ, ac mortalis rei: sed omnem huiusmodi affectũ, omnem harum rerum curam abse excutiens, & execrans, pręterea & carnem suam odio habens, nudus, securus, impiger CHRISTVM sequitur, in cœlum semper adspiciens, atq; inde adiutorium expectãs, secundum Dauid verba dicentis: Adhęsit anima mea post te: Alterius'q; memorabilis viri sententiam: qui dixit? Ego autem non laboraui te sequens: & diem, aut requiem hominis non desideraui domine. Confusio sane maxima est, iis omnibus, q̃ prædicta sunt, omissis post vocationem, qua non homo, sed dominus vocauit: nos alicuius alterius rei curam gerere: quæ nobis in hora vltimę necessitatis,

ſitatis,& obitus prodeſſe nō poſſit. hoc enim eſt,quod dixit dominus: Conuerti retro: nec inueniri aptum in regno cœlorum: nō ignorās dominus lubricum noſtri tyrocinii: vt'q; facile,ſi ſæcularium contubernio, & familiari congreſſu vtamur: rurſus ad ſæculum cōuertimur. Ad quendam,qui ſibi dixerat, permitte mihi,vt abeam: & ſepeliam patrem meū: ait. Sine mortuos vt ſepeliant mortuos ſuos. Solent dæmones,cum iam ſæculo abrenunciauerimus: nobis miſericordes, ac pios ex ſæcularibus proponere; atq; vt illos beatos,nos contra miſeros exiſtimemus,ingerere: qui omni eiuſmodi virtute deſtituti ſumus. Ea vtiq; intentione inimici nobis hæc ſuggerunt: vt per adulteram humilitatem nos aut ad ſæculum reuocent: aut, ſi permanſerimus monachi: in deſperationem præcipitent. Sunt qui ſæculares homines elationis cauſa deſpiciāt: & nihili exiſtiment. Sunt item qui vt deſperationis prærupta diffugiant: & ſpem ampliorem ſibi acquirant: abſentes eos ſimiliter contemnūt. Audiamus quid adoleſcenti illi, qui cuncta fere' mandata impleuerat: dixerit dominus. Vnum tibi deeſt. Vade: & vende omnia bona tua: & da pauperibus: & te ipſū pauperem conſtitue: aliena'q; miſericordia indigentem. Si prompte, & celeriter currere volumus: intentius inſpiciamus: quomodo

omnes

omnes in sæculo morantes & viuentes mortuos dominus dixerit, dicens ad quendam. Sine sæculares mortuos sepelire corporaliter mortuos. Nihil adolescentem illum, quominus baptisma susciperet, impediere diuitiæ. quam igitur inanes sunt, qui dicunt: quod baptismatis gratia dominus illi diuitias vendere præceperat. Sufficiat nobis, vt gloriam professionis nostræ certius nouerimus, huiusce testimoniũ. Qui in mundo degunt: vigiliis'q;, & ieiuniis, & laboribus, aliis'q; afflictiõibus seipsos conterunt: cum ad vitam monachorum, veluti ad quandam probationis officinam, vel stadium secedunt: priorem exercitationem suam vt adulteram, & fictam non arripiunt. Vidi plurima, varia'q; virtutum germina ab iis, qui in sæculo degunt, plantari: & ex inani gloria, tanquam ex cloaca, & cœno irrigari; & ex ostentatione circunfodi: atq; ex laudibus humanis stercorari. Quæ tamen trãslata postmodum in desertum solum, atq; sæculi hominibus inuium, omni'q; inanis gloriæ cœnulenta aqua vacuum: confestim exsiccata sunt. Neq; enim solent aquis proximæ arbores inclusis, & in aquosis exercitationum locis fructum afferre. Siquis mundum omnino odit: hic tristitiam effugit: porrò siquis qualibet affectione visibilium rerũ mordetur: tristitia nondũ liberatus est. Quomodo enim nõ

contristabitur:

contriſtabitur: ſi eo,quod diligit, priuetur. In
omnibus quidem grandi nobis vigilantia, &
ſobrietate opus eſt. ſed hoc ante omnia vigi-
lantiſſime attendere & cauere debemus. Pluri
mos in ſæculo aſpexi præ ſolicitudinibus, &
curis,occupationibus'q;,& vigiliis mundanis
proprii corporis inſanos motus effugiſſe: eos
ipſos tamen,cum exuti curis omnibus ad mo
naſticam vitam conuolaſſent: turpiter, ac mi
ſerabiliter corporis cõmotione ſordidatos.
Attendamus nobis ipſis: ne forte,dum angu
ſtam & arduam viam nos pergere aſſerimus:
latam,& ſpatioſam teneamus: nos'q; ipſos ſe-
ducamus. Anguſtam viam tibi indicat ven-
tris afflictio,pernoctatio ſtabilis, aquæ men-
ſura,panis inedia,ignominię ſalubre & purga
tiuum poculum,ſubſannationes,irriſiones, lu
dibria,abſciſſiones propriarum voluntatum,
offenſionum tollerantia, contemptus noſtri,
ſine murmuratione tolleratio,vim ſibi in tol-
lerando contumelias inferre, iniurias fortiter
perpeti,detrahentibus non indignari, conte-
mnentibus non ſuccenſere, condemnantibus
humilitatem exhibere. Beati,qui prædi-
ctam viam pergunt: quoniam ipſorum eſt re
gnum cœlorum. Nemo in cœleſtem thala-
mum coronatus ingreditur: niſi qui primã,
& ſecũdam,& tertiam abrenunciationem im-
pleuerit: vt ſcilicet primo abrenunciet rebus
omnibus,

omnibus,& hominibus,& parentibus: Secũdo voluntati propriȩ: tertio inani gloriȩ,quȩ solet obedientiam subsequi. Exite de medio eorum,& separamini: & immunditiam sæculi nolite tangere: dicit dominus. Quis enim apud illos miracula vnquam fecit? quis mortuos suscitauit? quis dæmones expulit? profectò nullus. Hæc enim sunt monachorum insignia: quæ mundus capere non potest. nam si posset: superflua esset exercitatio: videlicet secessio. Quoties post abrenunciationem nostram dȩmones parentum,aut fratrum memoria corda nostra importune concalefacere cœperint: tunc maxime aduersus eos orationis arma capiamus: atq; sempiterni ignis memoria nos ipsos incendamus: vt huius considerationc improbum, importunum'q; cordis ignem extinguamus. Siquis eius rei nulla se affectione tangi putat,cuius priuatione tristatur: huiusmodi perfecte decipitur. Quicũq; iuuenes corporum amoribus, & delitiis insane addicti,postmodũ vitam monasticam adire cupiunt: tota intentione animi,omni'q; vigilantia seipsos exercere studeant: sibi'q; delitiis omnibus, & vitiis abstinendum persuadeant: ne forte fiant illorum nouissima deteriora prioribus. Portus enim & salutis,& periculorum causa est. atque hoc nouerunt,qui intellectuale istud mare nauigant. Miserabile

sane

fane spectaculum: eos in portu naufragium passos adspicere: qui in mari saluati fuerant.

DE PEREGRINATIONE Sermo III

Peregrinatio est omnium, quæ sunt in patria, constantissima desertio; quibus a pietatis destinatione atq; exercitatione impedimur. Peregrinatio est omni cōfidentia noxia vacuus affectus, ignotæ sapientia, publicum fugiens, prudentia secreta, vita inuisibilis, destinatio occulta, cogitatio vilitatis, appetitus angustiæ, desiderium diuini affectus, argumentum, amoris copia, inanis gloriæ abnegatio, silentii profundum. Solet fere & ista vitæ ratio in initiis sedulo ac vehemēter perturbare amatores domini, veluti in diuino igne, videlicet elongatio a patria & suis, intentione persequendæ vilitatis, atq; afflictionis prouocans huiusmodi boni amatores. Veruntamen quanto ea maior est, & laudibus dignior: tanto discernenda cautius est. Neq; enim omnis peregrinatio, si summis (vt ita dixerim) labiis fiat: probabilis est. Nam si omnis propheta sine honore est in patria sua: vt ait dominus: caueamus ne forte pegrinatio fiat nobis inanis gloriæ occasio. Peregrinatio enim vera est oīum prorsus rerum separatio, ea ratiōe suscepta: vt nunquam cogitatio nostra a deo separetur.

Peregrinus est luctus perpetui, & penitus in memoria conditi amator. Peregrinus est, qui omnem suorum, alienorum'que affectum ac memoriam fugit. Cum ad peregrinationem, vel ad solitudinem properas: noli expectare, dum tecum pertrahas affixas sæculo animas. fur enim ex improuiso subrepit. Multi quippe, cum negligentes quosque & desidiosos secum seruare molirentur: cum illis vna periere: extincto iam ex diuturnitate diuini amoris igne. Statim vt susceperis flammam, curre. nescis enim vtrum breui extinguenda sit: ne forte in tenebris te deserat. Seruare alios, nõ omnes exigimur: Ait enim sanctus apostolus. Itaque vnusquisque nostrum fratres pro se ipso rationem deo reddet. Et iterum. qui doces alium: teipsum non doces. tanquam dicat. De aliis quidem nescio. Se ipsos autem omnino norunt omnes. Qui peregrinationem amplecti instituis: caue girouagum, & studiosum voluptatis dæmonem. solet enim peregrinatio ei prębere occasionẽ. Pręclarum est: nullis rerum mortalium affici. sed huius virtutis peregrinatio mater est. Qui propter dominum peregrinatur: habitus omnes, affectus'que sæculi deponat: ne perturbationibus ludibrio sit. Qui à sæculo peregrinatur: mundum iam nullatenus attingat. Solẽt enim diu sopita vitia facillime reuiuiscere.

Eua

Eua paradiso inuita exulat. Monachus patria sua sponte se abdicat. Illa enim rursus ad cõ-cupiscendum inobedientiæ lignum pertracta fuisset. hic autem periculum profectò à car-nalibus propinquis sustinuisset. fuge non se-gnius quàm infestissimum flagellum ruinæ, proxima loca. eius enim fructus, qui nõ adest, nõ vsqueadeò desiderio mouemur. Neq; hic fallaciæ furum modus te velim lateat. Sug-gerunt plerunq; nobis, vt à sæcularibus nõ se paremur: mercedem inde maximam nos cõ-secuturos asserentes: si videntes fœminas, nos ipsos contineamus: ac reluctando concu piscentiam superemus. quibus minime parẽ-dum est. immo vero contra omnino facien-dum. Cũ annos aliquot remoti à patria ege-rimus: parum'q; aliquid religionis, vel com-punctionis, vel continentiæ nobis ipsis acqui sierimus: tunc iam cogitationes vanitatis a-crius incumbunt. vt'q; iam reuertamur in pa triam, importune suggerunt, ad ædificationẽ, formam'q;, & vtilitatem plurimoꝶ: qui actus nostros, & opera illicita nouerũt. quod siquã dicendi facultatem, aut tenuem scientiam fue rimus adepti: tunc iam vt seruatores anima-rum, & magistros, ad sæculum redire persua-dent: vt quæ in portu bene congregata sunt, pessime in pelago dispergant. Non vxorem Loth, sed ipsum imitari studeamus. Anima

 quippe,

quippe, quæ illuc, vnde exierat, conuersa fuerit: vt sal infatuabitur: iam'q; immobilis manebit. Fuge Aegyptum: atq; ita fuge: vt nũquam illuc reuertaris. Corda enim, quę illuc reuersa sunt: pacatissimam, quietissimam'q; terram Hierusalem nõ aspexerunt. Illicitum tamen nõ est vt ii, qui initio conuersionis ob tuendam spiritalem infantiam sua omnia, patriam'q; reliquerũt: cum perfecte purgati fuerint: ad eam vtiliter redeant: ea scilicet intentione: vt, cum ipsi salute potiti fuerint: nonnullis etiam salutis causa fiant. Siquidem & Moses ille, qui deum viderat: ad salutem gentis suæ à deo missus, plurima in Aegypto pericula, videlicet in mũdo tenebras pertulit. Vtilius est parentes mœrore afficere: quàm dominum. Ille enim nos formauit simul, & redemit. Illi vero, quos dilexerunt: nonnunquã perdiderunt: suppliciis'q; sempiternis tradiderunt. Peregrinus ille est, qui veluti alterius linguę inter ignotæ sibi linguæ homines in sui agnitione secũ habitat: non quo propinquos nostros, & patrios agros oderimus: idcirco ab illis secedimus: absit id penitus: sed vt detrimẽtum, quod ab illis in nos manare solet: fugiamus. Qua in re, sicut ferè in omnibus aliis, dominus noster magister, & documentũ est: qui & ipse sæpenumero parentes reliquisse deprehenditur: & cum à quibusdam audisset: Ecce

ſet: Ecce mater tua,& fratres tui quærunt te. Mox p̃ceptor noſter optimus impaſſibile nobis odium iſinuauit,dicens. Mater mea & fratres mei ſunt ii,qui faciunt voluntatem patris mei,qui in cœlis eſt. Ille tibi pater ſit: qui ad deponendam peccatorum ſarcinam conlaborare tibi & poteſt,& vult. Mater vero compunctio ſacra: quæ te poſſit ſordibus abluere. frater autem is: qui tecum ad cœleſtem curſum perficiendum laborat, & certat. Sociam tibi,& vxorem quære,quæ nunquam a te ſeparetur, memoriã mortis. porro filii tibi amantiſſimi ſint gemitus cordis. ſeruum poſſide corpus tuum. Amicos vero ſanctas virtutes angelicas: quæ tibi exitus tui tempore auxiliari poterunt: ſi eas modo tibi amicas familiarius feceris. Hæc eſt ſane generatio quærentium dominũ. Affectus dei parentum excludit affectum. qui vero vtrũq; ſe habere dicit: ipſe ſe decipit: cum audiat dominum dicentem. Non poteſtis duobus dominis ſeruire. & reliqua. Non veni, inquit dominus, pacem mittere: ſed gladium,& pugnã. Separare enim veni amatores dei ab amatoribus ſæculi: terrenos & materiales ab iis,qui terrena omnia, omnem'q; materiã ſuperauerunt: gloriæ auidos ab humilibus. lętatur enim dominus in hac contentione,& ſeparatiõe: dum fit propter illius charitatem. Caue obſecro:

ne forte cuncta aquarũ tibi plena esse videantur: si propinquorum affectu & amore tenearis: atq; diluuio amoris sæculi vna cum eis pereas. Noli miserari parentum, aut amicorũ lacrimas. alioquin in ęternum lacrimaberis. Quoties te vt apes circundederint, immo vero vt vespę, ac sup te lamentari cœperint propinqui tui: cõstanter, ac celerrime aciem cordis ad mortis, atq; operum tuorum considerationem conuerte: vt dolore dolorem possis excludere. pollicentur nobis subdole nostri, & nõ nostri, læta omnia & iucũda se exhibituros, ea sane intentione: vt cursum nostrũ optimum præpediant: sic'q; inde iam ad suã voluntatem pertrahant. Sit autem nostra secessio ad eas partes, quæ & humiliores sint, & minus celebres, & ab omni sæculi consolatione remotiores. Absconde quãtum potes: nec præ te feras ingenuitatem, & claritatẽ generis: ne aliter in ore, aliter in rebus affectus inueniaris. Nullus ita se ipsum peregrinatiõi exposuit: vt magnus ille patriarcha, cui dictum est. Egredere de terra tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris tui: cum profecto in barbaram, atq; alterius linguæ terrã vocaretur. Cuius tamen mirabilem peregrinationẽ qui pro viribus imitari studuerunt: eos nonnũquam dominus insigni gloria affecit: & si hanc diuinitus concessam gloriam conueniat per hu-

militatis

militatis clipeum fugere,& declinare. quoties nos dęmones peregrinationis,aut magnæ ali cuius virtutis laudant: toties illius,qui de cœlis ad terras propter nos peregrinatus est: intentissima cogitatione meminerimus: inueniemus'q; nos ipsos in sęculū sęculi tantę propter nos assumptæ peregrinationis non posse satisfacere. Grauis est,& omnino vitabilis ad propinquorum, vel etiam extraneorū aliquē immoderata affectio: cum ea nos ad sęculum sensim possit attrahere: ignem'q; compūctionis nostræ penitus extinguere. Sicut impossibile est vno oculo in cœlum,altero in terram respicere: ita fieri nō potest,vt is in anima nō periclitetur: qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigatione mores graues & optimos acquirimus: & quos multo labore quęsiuimus: fieri potest, vt vnò temporis momento amittamus. Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala,sęcularia simul,& turpia. Qui post abrenūciationem cum sæcularibus versatur: siue iuxta illos cōmanet:prorsus in eosdem laqueos incidet: aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit: aut certe, si non inquinatus fuerit: eos,qui inquinantur, iudicans, atque condemnans,& ipse inquinabitur.

De Somniis, quæ rudes adhuc sequi solent.

Quod nostræ cognitiõis intellectus imperfectus sit, atq; omni ignorantia repletus, occultari non potest. Guttur enim cibos, auris autem intelligentias diiudicat: & imbecillitatem quidem oculorum manifestat Sol: ignorantiam vero animæ patefaciunt verba. Veruntamen charitatis lex etiam ad ea, quę vires nostras superant: differenda nos cogit. Reor igitur (& si certo statuere non audeo) consequens esse etiã de somniis hic pauca inserere: vt huius quoq; fallaciæ malignorũ non simus penitus ignari. Somnium est animi motus in immobilitate, & quiete corporis. Phantasia est oculorum seductio in sopita mente. Phantasia est animi excessus, vigilante corpore. Phantasia est speculatio parum subsistens. Causa, ob quã in hoc loco de somniis nobis dicendum arbitrati sumus: aperta est. Cum enim relictis domibus, & propinquis nostris, diuinæ charitatis causa nos ipsos peregrinationi exposuerimus: tunc iam dęmones in somniis perturbare nos moliuntur: propinquos nobis subinsinuant aut plorantes, aut morientes, aut nostri causa angore aliquo, vel etiam detrimento fatigatos. Qui igitur somniis credit: similis est ei, qui post vmbram suam currit: & eam ap-

prehendere

prehendere nititur: Dæmones inanis gloriæ insomnis prophetæ, quæ futura sunt, vt astutissimi coniiciunt: atq; ea nobis per somnium prænũtiant: vt cũ impleta fuerint quæ p quietem vidimus: stupore maximo detineamur: & quasi iam simus propheticæ gratiæ proximi: cogitatione tumescere incipiamus. In iis, qui sibi credunt: dæmon sępe propheta fuit. porrò eis, qui se spernunt: semper mentitus est. Spiritus enim cum sit: quæ intra hunc aërem sunt, videt omnia: & cũ intellexerit moriturũ aliquem: id per visum lęuioribus prędicit. Nihil futurorum ex pręsciẽtia nouerũt. Nãq; & venefici mortẽ nobis prædicere vtiq; possent. In angelum lucis, & martyrum speciem sæpius transfigurantur: accedentes'que seipsos nobis per somnium ostendunt. excitatos vero elatione, & gaudio pręcipitãt. hoc autem tibi erit deceptionis signum. Cruciatus, & iudicia, & separationes per visum nobis angeli ostendunt: atq; experrectos trementes mœstos'q; relinquũt. Cum in somno dæmonibus credere cœperimus: tunc iam & vigilantes ab ipsis illudemur. Qui somniis credit: per omnia reprobus, & stultus est. qui vero eis nulla ratione credit: hic re vera philosophus habendus est. Solis eis crede: qui tibi cruciatum ac iudiciũ denuntiant. Quod si te desperatio perturbat: & istud à dæmonibus est.

De Beata

DE BEATA SEMPERQ. MEMORABILI OBEDIENTIA Sermo IIII

Nunc iam nobis ad CHRISTI pugiles, ac pietatis athletas procedēs sermo deinceps aptissime occurrit. Omnem quippe fructum præcedit flos: omnem'q; obedientiā peregrinatio aut corporis, aut voluntatis. In his enim duabus virtutibus veluti in aureis pennis ad cœlum impigre se sancti viri anima sustulit: de qua spiritu sancto adflatus quidā fortasse cecinit. Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ: & volabo per actiuam vitam: & per contemplationem, & humilitatem requiescam? Ne ipsum quidem fortissimorum bellatorum habitum negligenter prætereundum existimemus: vt illi clipeum teneant: fidem scilicet ad Deum, atq; ad exercitationis suę magistrū: per ipsum (vt ita dixerim) omnem infidelitatis, oēm'q; præuaricationis cogitationem repellētes: gladium'q; spiritus assidue vibrent: voluntates suas omnes sibi propinquantes necaturi: loricas'q; ferreas, patientiæ scilicet, ac mansuetudinis se induant: per quas omnem contumeliā, & aculeum sermonis'q; iaculum repellāt. Habeant & galeam salutis orationum patris spiritalis præsidium. Stant pręterea non iunctis

pedibus

pedibus: sed alterũ quidem ad ministeria prę tendunt: alterum vero fixum in orationibus, atq; immobilem tenent. Obedientia est animæ proprię perfecta abnegatio per corpus certius ostensa. aut forte versa vice. Obedientia est mortificatio membrorum in viuente animo. Obedientia est inexaminatus, atq; indiscussus motus, spontanea mors, vita curiositate carens, securum periculum, immediata ad Deũ excusatio, metus mortis cõtemptio, tuta nauigatio, confectũ dormiendo iter. Obedientia est sepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis. Nihil resistit: nihil discernit: mortuus in bonis, aut iis, quæ videntur mala. Nã qui pie animam suam mortificauerit: securus pro omnibus rationem reddet. Obedientia est discretionis depositio inter diuitias discretionis. Initium quidem mortificationis vel membrorum corporis, vel animæ voluntatis, labor est. Mediũ vero, interdum labor, interdum requies. Finis autem omni iam motus perturbatione, omni'q; laboris sensu vacat. Tunc demum & labore, & dolore fatigari deprehenditur viuens hic beatus mortuus: cum se animaduerterit volũtati propriæ obtemperasse: metuens scilicet propriæ voluntatis onus. Quicunque ad intellectualis cõfessionis stadium exui conamini: quicunq; iugũ CHRISTI super ceruices vestras tollere cu-

pitis: qui'cꝫ sarcinam vestram alterius collo imponere satagitis: quicunqꝫ venditiones vestras sponte scribere curatis: vt pro illis in æternam libertatem conscribamini: quicunqꝫ aliorum manibus sublati, & natantes magnũ hoc mare traicitis: scitote, quod breuẽ quandam,& asperam viam pergere conamini: in qua vnus & solus latet error: quem Græci ἰδιορυθμίαν, nos suam cuiusqꝫ moderationem dicere possumus: cum scilicet quisqꝫ sibi idoneus ad se regendum & moderandũ videtur: quem qui effugerit: ad ea,quæ honesta, & spiritalia sunt,ac diuinæ maiestatis oculis gratissima: fere ante perueniet,quàm ire cœperit. Obedientia enim est nunquã sibi ne in iis quidem,quę videantur optima: vsqꝫ ad cõsumationem vitę credere. Cum igitur ceruicem nostram in domino inclinare,atqꝫ alteri credere desiderio,acquirendę humilitatis,ac propriæ salutis gratia instituimus: ante huius militię ingressum, siqua in nobis est calliditas,& prudentia: gubernatorem cautissime examinemus,& discernamus: atqꝫ (vt ita dixerim) tentemus: ne forte nautam pro gubernatore,languentem pro medico,vitiosum pro vitiis carente,postremo infestum pelagus pro placidissimo portu ignari deligamus: nobis'quę ipsis paratum promptum'qꝫ naufragium constituamus. Cum vero pietatis, & obedientiæ

stadium

stadium fuerimus ingressi: minime iam optimũ institutorem nostrũ in aliquo penitus diiudicare licebit: etiam si in illo (homo enim est) modica aliqua delicta animaduerterimus. Sin vero alias fecerimus: nihil nobis obediẽtia prodesse poterit. Necesse omnino est, vt qui fidem certã, & inuiolabilem ad magistros suos habere cupiunt: eorum recte facta ꝓfundo corde hauriant: eaq; indelebiliter memoriæ mandent: vt, cum dæmones infidelitatẽ aduersus eos vllam nostris cordibus inserere conati fuerint: ex iis, quę memoria tenemus: illorum ora obstruamus. Quãto enim in corde fuerit viridior fides: tanto corpus ad officia omnia, & ministeria promptius occurrit. Qui vero in infidelitatem offenderit: lapsus est. Omne enim, quod fidei caret fundamento: peccatum est. Cum tibi cogitatio suggerit, vt prelatum aut diiudices, aut damnes: ab ea nõ secus, quàm à fornicatione desili: neq; prorsus huic serpenti requiem pręstes: non locum, non ingressum, nõ initium. Loquere ad huiusmodi draconem: atq; cum iis verbis incesse. O malignissime seductor: non ego ducem meum iudicandum suscepi: sed ille me: nõ ego illius, sed ille mei iudex est. Arma quidem iuuenum psalmorum cantus: murũ vero orationem: lauacrum autem mũdissimas lacrimas esse, patres definiunt: beatam vero

obedientiam

obedientiam confeſſionem cenſent: qua ſine vitioſorum nemo dominum videre merebi-tur. Qui ſubiectus eſt: atq; alterius paret imperio: ipſe aduerſum ſeipſum ſentẽtiam fert. Nam ſiquidẽ propter dominum perfecte obedierit: etiam ſi nõ perfecte obtẽperare videa-tur: omne ſuum iudicium ſe exuit. Quod ſi in quibuſdam ſuam implere voluntatem voluerit: etiam ſi obedire viſus fuerit: ipſe ſibi onus adiicit. quem tamen ſi prælatus arguere non deſtitit: rectiſſime omnino fecit. ſin autem tacuit: neſcio quid inde dixerim. Qui in ſimplicitate in domino ſubiiciuntur: felicẽ curſum peragunt: dum non per ſuperſtitioſas cauillationes in ſe dæmonum verſutiam irritant. Ante omnia vero culpas noſtras præclaro iudici noſtro ſoli cõfiteamur: omnibus'q;, ſi ita ille iuſſerit: confiteri parati ſimus. Nam in lucem educta vulnera nunquã in deterius proficient: ſed ſanabuntur. Cum in cœnobium quoddam veniſſem: aliquãdo animaduerti iudicis, paſtoris'q; optimi terribile iudicium. Nam dum illic moram traherem: contigit quendam ex latronum ordine ad monaſticæ conuerſationis gratiã venire. quem optimus ille paſtor, peritisſimus'q; medicus per dies ſeptem quiete omni frui iuſſit: vt monaſterii ſtatum, normam'q; omnem perſpiceret. poſt diem vero ſeptimũ ſeorſum accitum pa-

ſtor

ſtor interrogat: num ſibi cenſeret optimũ cũ illis vna habitare? Cum vero illum cum omni ſynceritate annuẽtis voce reſpõdiſſe cerneret: rurſum quid in ſęculo iniquum operatus eſſet, interrogat. Poſtquã ergo illum ſibi prompte, & rationabiliter omnia cõfeſſum vidit: iterũ ad illum tentãdi gratia dicebat. Volo, inquit, hęc omni cœtu fratrũ adſtante confitearis, & detegas. Ille re vera ſua deteſtãs ſcelera, omniq́; confuſione calcata, indubitanter id ſe facturum pollicitus eſt: & ſi vis, inquit, etiam in Alexandrinæ ciuitatis medio id faciam. Deinde collectis paſtor in eccleſia omnibus ouibus ſuis (erant autem numero ducentę triginta) cũ conſumarentur diuina miſteria (erat enim dies dominicus) lecto euangelio: inferri iam reum illum nihil contra querentẽ iubet: quibuſdam illum ex fratribus trahentibus, modiceq́; verberantibus, vinctum poſt terga manus, aſperrimoq́; cilicio amictum, conſperſumq́; cinere caput, ꝑferrentem: adeo vt ex ipſo aſpectu omnes ſtupefacti, protinus exorto gemitu ingenti proclamarent, ac mugitum redderent. Neque enim quiſquã illorum quid fieret ſciebat. Cnm vero iam eccleſiæ ianuis appropinquare: magna illum, & terribili voce compeſcuit ſacrum illud caput clementiſſimi iudicis, Sta, inquiens. Es enim ĩdignus, qui huius loci limen attingas.

Tum ille

Tum ille pastoris voce perculsus, quę ad il lum ex intima veri medici, sapientissima'q; ratione sonuerat (videbatur enim sibi, vt nobis postea sub iureiurando firmabat, non vocantis hominis, sed terribilis tonitrui vocem audiuisse) tremebundus, & omnino pauore turbatus, in faciem protinus corruit. Cum vero iaceret humi: pauimentum'q; madefaceret lacrimis: permittitur tandem a mirabili medico, qui cūcta ad illius salutem moliebatur: formam'q; salutis, ac certissimę humilitatis omnibus dari cupiebat: cuncta, quę gesserat, singulatim, & per species dicere. Ille vero cum horrore ingenti omnia sigillatim confessus est: quę auditus omnis penitus exhorret: nō tantum quę per corpus pręter naturam, ac secundum naturam in ratiōalibus, & mutis animātibus deliquerat: verumetiā veneficia, & homicidia, & cętera, quæ audire, aut scripturę tradere, fas non est: nihil omnino reticens. Confessum igitur statim tōderi iubet: fratribus'q; aggregari permisit. Ego vero sancti illius admiratus sapientiam, seorsum interrogaui illū secretius: cuius rei gratia tam peregrinam iudicii formam exhibuisset. Ille vt verus medicus, duarum, inquit, rerum gratia. Primū quidem: vt confitentem per pręsentem, temporalem'q; confusionem ęterna confusione liberarem: quod & factum est. Neq; enim ex pa-

uimento

uimento surrexit o' Ioannes: quoad peccatorum omnium remissione potitus est: neq; ullo huius rei scrupulo velim mouearis. Nam vnus ex fratribus, qui illic aderant: mihi procerum quendam, ac terribilem se vidisse asseuerauit, conscriptam chartam, & calamum tenentem: & cũ frater ille humi prostratus peccatum confitens pronuntiaret: hoc ille calamo delebat. & merito sane'. Dixi enim, iquit, pronuntiabo aduersum me iniquitatem meã domino: & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Secundo sane': quoniam habeo nonnullos, qui peccata quædam necdũ confessi sunt. quo circa iam & illos ad confessionem hoc exemplo prouoco: qua sine nullus remissione potietur. Et alia igitur plurima admirãda, & memorabilia in illo dignissimo, semper'q; memorando grege, & pastore perspexi: ex quibus plurima vobis referare animus est. Permãsi enim apud illos tempus non modicum, illorum assidue conuersationem, ac viuendi genus explorans: summa'q; admiratione stupens, quomodo terrestres illi cœlestes angelos imitarentur. Charitatis quidem omnes sibi inuicem insolubili vinculo constringebantur. & (quod est omnino mirabilius) cum tanta charitate iungerentur: nulla apud illos inepta confidentia, nullus ociosus sermo deprehendi poterat. Obseruabant vero id cautissi-

me: vt in nullo fratris vulnerarent conscien-
tiam. Quod siquis inter eos quenquam odis-
se inueniretur: hunc pastor vt damnaticium
ad separatum huiusmodi reis monasteriũ, ve-
luti in exilium mittebat. Maledixerat aliquã-
do vnus ex illis proximo suo: quẽ protinus
pater sanctus inde eliminari iussit: æquum nõ
esse asserens in monasterio visibilem, atq; in-
uisibilem diabolum perpeti. Vidi ego apud
sanctos illos res maxime sanè vtiles, atq; ad
miratione dignissimas. Fratrum cœtum in
vnum collectum, CHRISTI'Q. charita-
te deuinctum in vtraq; vita, actiua scilicet, &
contemplatiua mirabilem. Adeo enim se
ipsos singuli diuinis rebus exercebant: vt fe-
rè nihil opus haberent à patre admoneri. sed
se inuicem vltro ad diuinam euigilationẽ ex-
citarent. Erant enim statutæ illis & meditatę
& solidatæ sanctæ quędam, & diuinæ exerci-
tationes. Nam siquando contingeret, vt eo-
rum aliquis absente abbate quicquam male-
dici, aut alias noxii, vel ociosi sermonis loqui
cœpisset: occulto nutu latenter eum frater a-
lius grauitatis admonens, illum à cœpto ser-
mone retrahebat. Quod si ille fortassis minus
animaduerteret: iam qui admonuerat, prostra
to ante illum toto corpore abibat. Siquid
vero necessarium loquendum erat: omnis il-
lorum collocutio iugis erat mortis admoni-

tio,

tió,ęterni'q; iudicii consideratio. Non prætereibo silétio coqui monasterii illius ãdmirabilem singularem'q; virtutē. Cum enim illum animaduerterem in tam frequēti, perpetuo'q; ministerio iugiter secum habitare, gratiam'q; possidere lacrimarum: oraui supplex, vt mihi quonā modo meruisset istiusmodi gratiā, reuelare dignaretur. Qui tandem fatigatus precibus meis, ita respondit. Nunquam me hominibus seruire arbitratus sum: sed Deo: & indignum me ipsum quiete omni iudicans, ex huius ignis contemplatione sempiterni incendii iugi memoria cõpungor. Aliud item singulare virtutis illorum genus referre placet. Nam ne ad mensam quidem sedentes a spiritali opere cessabant. Cęterum signo quodam, nutu'q; incognito occultę in animo orationis semetipsos beati illi viri admonebant. Neque vero ad mensam solum residentes hoc eos facere animaduerteres: verum & cū sibi obuiarent: aut cum simul conuenirent: id faciebant. Porro si quis ipsorum in aliquo vnquam deliquisset: videres fratres alios votis omnibus ab illo flagitare, vt sibi curam reddendæ patri rationis relinqueret: atq; ab eo debitam increpationis vehementiam perpeti sineret. Quod tamen discipulorum opus maximus ille vir cum explorasset: leuiore iam increpationis genere vtebatur: sciens eum, qui corripiebatur,

insontē esse: neq; tamē quis ꝓprie deliquisset inqrebat. Quando vero apud illos locū inueniret aut ociosi sermonis, aut scurrilitatis memoria? Siquis autem ex illorum numero aduersus fratrem contendere vnquam cœpisset: præteriens alter aduoluebatur illorum genibus: sic'q; iracūdiæ motum mitigabat. Quod si seruare illos iniuriæ memoriam sensisset: rē protinus ad eum deferebat: qui post abbatem secundus in monasterii regimine ꝑerat: eos'q; ante occasum solis in gratiam reuocare nitebatur. Sin vero illi obdurati amplius exasperarentur: aut cibum sumere vsq; ad reconciliationem non permittebantur: aut certe monasterio expellebantur. Laudabilis sanè, memorabilis'q; diligentia: ex qua fructus vberrimus gignebatur: atq; noscebatur. Plurimi apud sanctos illos viros dephēsi sunt actu, ac speculatiōe, discretione'q; & humilitate mirabiles. Videres in eis terribile quoddam, angelicum'q; spectaculum: senes canicie verendos augustiore facie infantum in morem ad obediendū semper paratos huc illuc'q; discurrere: gloriam'q; magnam sibi in humilitate cōparare. Vidi illic viros, quinquaginta ferè annos in obedientiæ certamine egisse: à quibus cum addiscere orarem quā ex labore isto consolationem, quem profectum inuenissent: alii quidē in abyssum humilitatis iam se peruenisse

uenisse dicebatur: per quam bellū omne sem per exciuderent, ac superarent: alii sensum omnem laboris & doloris in maledictis & contumeliis se perfecte exuisse dicebāt. Vidi alios ex illis æterne memorandis viris, angelico aspectu, veneranda canicie, ad ꝓfundissimā innocentiam, simplicitatem'q; sapientiæ plenissimam summa alacritate propositi, dei'q; adiutorio quæsitam, non irrationabilem quādam & insipidam, vt in sæculi senibus contingit: quales deliros vocare solent: peruenisse: extrinsecus quidem mites, totos blandos, placidos, lætos, nihil fictum, nihil negligens, nihil adulterum in suis verbis, aut moribus habentes: rem quidem, quæ in paucis inuenitur. interius vero in anima deum ipsum, ac prælatum, infantum in morem ambiētes, mentis'q; aciem aduersus dæmones, & vitia audacē firmissimam'q; intendentes. Deficiet me vitæ meæ tempus, o' sacrum caput, & deo dilecta congregatio, si voluero beatorum illorū virtutes, & ad cœlū vsq; pertingentem vitę sanctitatem enarrare. Sed tamen melius existimaui illorum sudoribus, ac laboribus sermonem hunc nostrum exornare: quo acrius ad huiusmodi deo gratam imitationem excitemini: quam propriis, vilibus'q; monitis. Nā absq; vlla controuersia id, quod deterius est, a' præstantiore adornatur. Illud autem in primis

rogo: vt nihil nos fictum, nihil non verum scribere existimetis. Solet quippe infidelitas corrumpere vtilitatem. Igitur ad ea, quæ cœpimus, rursus accingamur. Vir quidã, Isidorus nomine Alexandrinæ ciuitatis primarius in ipso cœnobio ante hos annos sæculo abrenunciauit: quem & ipse illic videre merui. Hunc pastor ille mirabilis suscipiens, aspectu'q; ex ipso asperum quendam, & intractabilem, superbum'q;, ac sæculi dignitate tumidũ coniiciens, humana arte dæmonum astum sapientissime deiecit. Ait'q; ad Isidorum. Si re vera CHRISTI iugum tollere decreuisti: volo vt ante omnia te obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille, sicut, inquit, fabro ferrum subiectum est: ita & ego o'sanctissime me ipsum obedientiæ expono. Quo ille respõso, gratissimo'q; exemplo curatus, continuo Isidoro exercitii manus admouit, vt ferro: Volo, inquiens, frater vt ante monasterii ianuam adsistas: omnium'q; ingredientium, vel egredientium prouolutus pedibus dicas. Ora pro me pater: quoniam peccator sum. Sic autem ille obediuit, tãquam angelus domino. Itaq;, cum septem illic annos peregisset: atq; ad profundissimam humilitatem, compũctionem'q; peruenisset: voluit pater post incomparabilẽ viri tollerãtiam, cuius superiori tempore dederat documentum: hunc fratribus cõnumerare, & vt

rare,& vt re vera dignissimum etiam ordinatione honorare. Verum ille plurimis multorum,& mei ipsius precibus apud patrem egit, vt ibidem illum sineret,sicuti eatenus fecerat, degere,cursum'q; perficere: intelligens, neq; obscure his verbis significās: finem suū iam, ac vocationis diem imminere. quod & factum est. Nam cum in ipso ordine illū permanere magister permisisset: post decimum diem per abiectionem,& ignominiam gloriosissime migrauit ad CHRISTVM: post'q; septimum dormitionis suæ diem, ianitorem quoq; monasterii assumpsit. Dixerat enim ei beatus ille: pollicitus'q; fuerat: quod si post excessum suum confidentia vlla ad dominum frui mereretur: inseparabilis ille sibi comes fieret: id'q; celeriter. quod & factum est. vt certissimum id nobis meritorum eius,& perfectæ obedientię,sacræ'q; ac diuinę humilitatis esset inditium. Interrogaui ego, cum adhuc superesset: magnum hunc, prẹclarum'q; virū: quam exercitationem mens eius habuisset: cū ad portam moraretur? Neq; abscondit à me, cum prodesse mihi cuperet,memorabilis ille, ac dulcissimus pater. Initio,inquit,hoc existimabam: quod pro peccatis meis essem venditus. Vnde cum amaritudine summa,& violentia,& sanguine prouoluebar omniū pedibus. Impleueram vix annum: cum sine mœrore

iam,ac tristitia id faciebam: mercedē à Deo tollerantiæ expectans. Impleto autem rursus alio anno, toto affectu cordis indignum me ipsum existimare cœpi cōuersatione monasterii,patrum'q; aspectu & contubernio, diuinorum'q; participatione sacramentorum: indignum item qui in alicuius faciem intēderem. Quocirca defixis in terram luminibus, nec ab oculis discrepante animo,intrantes ac exeuntes,vt pro me orarent,deprecabar. Cū ad mensam aliquando consedissemus: summus ille magister, inclinans suum sacrū os ad aurem meā,vis,inquit,tibi ostendam in extrema profunda'q; canicie diuinum sensum,atq; prudentiam? Cum'q; id summis precibus orarem:aduocat ex proxima mensa quendam Laurentium nomine: qui quadraginta ferè & octo annos in monasterio egerat: secundus'q; erat sacrarii presbyter. Qui cū venisset: atq; abbati genibus flexis adstaret: ab illo quidem benedicitur: sed cum surrexisset: nihil illi penitus dixit: sed sic ante mensam sine cibo stare permisit. erat autem tunc prandii initiū. Itaq; prolixam horam, aut fortasse duas immobilis stetit: adeo vt ipse quoq; erubescerē: neq; in illius faciem intueri præ verecūdia possem. erat enim canus totus: octuagesimum'q; agebat iam ætatis annum. Mansit autem sine responso vllo vsq; ad refectionis finem: à qua

cum

cum surgeremus: mittitur iam à sancto illo, vt memorato Isidoro diceret XXXIX psalmi initium. Non omisi ego, vt sum versutissimus, quin senem illum tentarem. Itaque cum eum postea interrogarem: quid adstans cogitasset? CHRISTI, inquit, imaginem pastori imposui: neq; vnquã penitus hoc ab illo præceptum exisse: sed à Deo existimaui. quare pater Ioannes, non corã mensa hominum, sed coram altari diuino adstare me putans, orabam, nullam'q; penitus malignã cogitationem aduersus pastorem admittebam pro syncera in illum fide mea, & charitate. Dictum est enim, charitas nõ cogitat malũ. Sed & illud scito pater: quod, cum quis innocentiæ, & simplicitati se omnino dediderit: nullum iam maligno contra se aut tempus, aut locum dabit. Re uera autem qualis erat iustus ille rationabilium pecorum pater, ac per deũ pastor: talem etiam habebat à Deo sibi traditum monasterii dispensatorem, pudicum, & moderatum, vt quiuis alius: mitem vero, vt admodum pauci. In hunc aliquando ad cæterorũ vtilitatem magnus ille inuectus est absq; vlla causa: iussit'q; de ecclesia proiici intempestiue sane'. Ego, cum scirem eum eius criminis, quod sibi pater obiecerat, insontem: seorsum magno illi dispensatoris comendabam innocentiam. Ad quem & ille sapientissime,

Scio,

Scio, inquit, pater: sed sicut crudele est, ex ore famelici infantis panē rapere: ita & seipsum & operarium lędit, qui animas suscepit regendas: nisi illi coronas, quantas illum sustinere posse nouit: horis singulis prouidere satagit, siue per contumelias, siue per ignominias, siue per abiectiones, siue per ludibria. Tria enim maxime cauenda cōmittit. Primum quidem: quod ipse increpationis mercede priuatur: Secundum: quod, cum aliis ex alterius virtute prodesse posset: id agere omisit: Tertium vero: quod & grauissimum est: quod ii nōnunquam, qui videntur esse probatissimi, & laboris patientissimi: si ad tempus negligantur: atq; iam vt virtutibus præditi a pręlato non corripiantur: siue probris, atq; iniuriis afficiātur: ea, quę in eis inerat, modestia, & tollerantia destituentur. Nam etsi bona, & frugifera, pinguis'q; terra est: cōsueuit tamē aquę, ignominię scilicet, defectus illam infructuosam ac syluestrem efficere: spinas'q; fornicationis, & noxiæ securitatis in ea germinare. Hoc non ignorans magnus ille Apostolus, Timotheo scribit. Iuste inuehere: argue illos opportune, importune. Ego cum illi spectatissimo duci adhuc resisterem: infirmitatem'q; ętatis huius allegarem: vt'q; plurimi fere frustra increpiti, immo etiam fortasse non frustra, a grege abrumperentur: ita rursus obiectioni meæ

sapientiæ

ſapiētię domicilium occurrit. Anima, inquit, quę ꝑpter deum paſtori fide & charitate deuincta eſt: vſq; ad ſanguinem ſuſtinens, nunquam recedet: & maxime ſi antea ab ipſo in ſuis vulneribus fuerit adiuta, ſollatio'q; ac beneficiis affecta: memor eius, qui dixit. Neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; creatura vlla aliqua a charitate Chriſti nos ſeparare poterit. Quę autem ita colligata, & ſolidata, adglutinata'q; non fuerit: mirum valde, ſi non fruſtra in loco moram facit. non enim verę, ſed fictę obediētię annexa eſt. Nec ſane magnus ille vir ſpe ſua fruſtratus eſt, ſed direxit, & ꝑfecit, atq; obtulit CHRISTO immaculatas victimas. Audire libet ſapiētiā dei: admirari'q; in vaſis fictilibus inuentam. Admirabar ego illic præſens nouiter ex ſæculo aduenientium fidem, & tollerantiam, atq; in ignominiis & contumeliis, & aliquādo etiam perſecutionibus inſuperabilem patientiam: quas non tantū ab abbate, ſed ab eis quoq;, qui longe inferiores erant: perpetiebantur. Itaq; ædificationis gratia quendam ex fratribus ſciſcitatus ſum, qui annos qndecim egerat in monaſterio: Abbacyrum nomine: quem etiā maxime iniuriis affici ferè ab omnibus videbā: nonnunquam vero etiam ex menſa a miniſtris fugari. Erat enim frater ille naturaliter linguę aliquantulum incontinentis. dicebam

itaq;

itaq; ad illum. Quid est frater Abbacyre, quod te quotidie a mensa expelli video: ac nõnunquam dormire incœnatum? Qui ad hæc ita respondit. Crede mihi pater. probant me patres mei: vtrum monachus esse cupiam. nõ vere id faciunt. quam ego patris, aliorum'q; intentionem nõ ignorans, leuissime, ac sine vlla molestia omnia tollero: & ecce quintumdecimum iam annum ago, istud cogitans: sicut & ipsi, quãdo monasterium ingressus sum: mihi dixerunt: quod vsq; ad trigesimum annũ renunciantes probare solerent. & recte quidem pater Ioãnes. sine probatione enim aurũ non perficitur. Hic igitur egregius Abbacyrus, secundo anno postquam adueneram in monasterium: migrauit ad dominum: hoc patribus, cum deficeret, dicens. gratias ago domino, & vobis patres: qud me ad salutem meam tentastis iugiter: hac enim ex causa immunis a tentatione dęmonum hactenus mãsi. Quem etiã tanquam confessorem cum iis, qui illic obierant, sanctis dignissime ęquissimus pastor sepeliri iussit. Detrimento non minimo afficio probitatis ęmulos: si virtutem certamẽ'q; Macedonii, qui primus erat monasterii diaconus: monumento silentii sepeliam. Hic dilectus domini aliquando imminẽte sanctę Epiphaniæ solennitate, abbatem ante duos dies obsecrat: vt se proprię necessitatis gratia Ale-

xandriam

xandriam proficisci fineret: citius tamē se ob diei festi ministerium,& pręparationem redi-turum spondens. Igitur infestus bonis omni-bus diabolus diacono impedimento fuit: vt dimissus ab abbate ad monasterium die statu to sacræ solennitatis non rediret. Igitur post diem vnum peractæ festiuitatis reuertentem abbas amouit a ministerio:atq; in vltimo in-cipientium constituit ordine. Suscepit bonus patientiæ diaconus,fortissimus'q; tollerantię archidiaconus patris verbum ; ac sententiam adeo absq; vllo mœrore: vt quasi nō ipse,sed alius videretur increpitus. Igitur,cum in tali ordine dies quadraginta peregisset:rursus illū ad pristinum gradum reduxit sapientissimus pater. Quem item post vnum diem archidia-conus obsecrat: vt se in eadem ignominię hu militate restituat:deliquisse se graue quiddam atq; infandum in ciuitate asserens. Sciens autē sanctus hunc non vera prosequi:sed humilita tis gratia istud inquirere:cessit operarii hone sto desiderio. Vidisses caniciem venerandam degere in incipiētium ordine,syncere omnes, vt pro se orarent, deprecantem. Cecidi enim aiebat,in fornicationem inobedientiæ. Mihi tamen humili reseruauit hic magnus Macedo nius: cuius rei gratia ad hanc propositi humi-litatem ita sponte accurrisset. Nūquam enim, inquit,ita me bello omni leuigatum sensi:di-

uini'q;

uini'q; luminis dulcedinem in me ipso vidi, vt nunc. Angelorum est non cadere: forte, vt aiunt quidam, non valentium: hominum vero cadere: rursum'q; cum hoc contigerit, surgere: dęmonum vero tantummodo, cum semel ceciderint: nunquã penitus resurgere. Is autẽ, cui monasterii dispẽsatio credita erat: hoc mihi enarrauit. Iuuenis, inquit, cũ essem: atq; in cura animalium degerem: contigit vt in grauissimam animę ruinam pręcipitarer. Ego, cui cõsuetudo erat nihil vnquam in cordis fouea tectum seruare: apprehensa cauda, quam finem operis appello: medico mox facinus meum denudaui. Qui serena facie subridens, leniter'q; maxillam meã feriens, Abi, inquit, fili: ministerium'q; tuum, vt prius, exequere, nihil penitus metuens. Ego itaq; fide firmissima roboratus, paucis'q; diebus sanitatis meę certior factus, viam meam gaudio simul & tremore plenus currebã. Habet omnis creaturę ordo (vt aiunt quidam) differentias plurimas. Itaq; quoniam & in illo fratrũ cœtu erant profectuum, sentẽtiarum'q; differentię: siquos forte pater sanctus ostẽtationi studere denotasset: cum sęculares ad monasterium adueniebant: hac eos arte curabat; contumeliis illos in conspectu aduentantium afficiebat: ministeria'q; illis ignobiliora iniũgebat. Quo illi increpationis genere ita sanabãtur: vt

tur: vt iam, ſiqui ex ſæculo ad monaſteriũ venissent: aſpectum eorum curſu fugerẽt: eratq; iucundum ſpectaculum videre ipſam inanem gloriam ſeipſam perſequentem, homineſq; fugientem. Noluit me dominus ex eo monaſterio abſq; viatico orationum ſancti cuiuſdã viri demigrare: aſſumpſitq; inde virum ſeptimo die antequam proficiſcerer, per cuncta mirabilem, Menam nomine, ſecundum poſt abbatem in monaſterii regimine: qui annos iá quinquaginta & nouem egerat in monaſterio: omnemq; cœnobii adminiſtrationem executus fuerat. Tertia igitur die celebrantibus nobis conſuetũ pro dormitione tanti patris officiũ, ſubito locus ille, vbi ſancti viri corpus iacebat: miri odoris fragrantia implẽtus eſt. Permiſit igitur magnus ille loculum, in quo repoſitũ erat ſacrũ corpus: detegi. quod cum factũ eſſet: vidimus omnes ex illius ꝑtioſiſſimis plantis veluti ex duobus fontibus vnguenti manare ſuauitatẽ. Tunc ad omnes monaſterii magiſter conuerſus, Videtis, inquit, vt fatigationum eius, ac laborũ ſudores, quaſi re vera vnguentũ pretioſiſſimũ oblati, ſuſceptiq; à Deo ſunt? Multas quidẽ & alias huius beatiſſimi Menæ virtutes nobis loci illius patres referebant. Dicebant vero & iſtud: quod volens aliquando inſignem illius pater monaſterii, probare patientiam, reuerſum ad monaſte-

rium,

rium,proſtratumq́; abbati, & benedictionem ſecundũ conſuetudinem ſuſcipere orantem,a veſpere vſq; ad collectæ horã ita illum humi iacere proſtratũ pmiſerit. Tunc vero iam illũ benedicens,& veluti oſtentationis gratia cũ/cta facientẽ impatientiſſimũ obiurgãs, erexit tandẽ. Sciebat enim ſanctus, quam id fortiter ferret. quocirca & iſtud ad cunctorũ ędificationem ſpectaculũ edidit. Huius vero ſancti Menę diſcipulus,qui magiſtri omnia pleniſſime nouerat:& de his certiores nos reddere ſolebat: cũ illum curioſius interrogarem:an ante abbatem ita ꝓſtratus ſomno depreſſus fuiſſet? aſſeuerabat: illũ ſic humi iacentem pſalterium omne ceciniſſe. Non omittam ſermonis noſtri coronam etiã pſenti illuſtrare ſmaragdo. Moui ego aliquãdo quibuſdã ex illis fortiſſimis ſenibus de ſolitarię vitæ qete quęſtionem. Illi vero ſerena, ac ſubridenti facie lęto atq; placidiſſimo geſtu aiũt ad me. Nos ó pater Ioannes,terreni cũ ſimus: terrę etiam propius vitæ inſtitutũ cepimus: illud conuenire iudicantes: vt pro menſura infirmitatis noſtrę etiã bella ſubiremus: ſatius eſſe exiſtimantes cum hominibus luctari,qui aliquãdo quidem efferantur:aliquãdo vero manſueſcunt: & reſipiſcunt: q̃ cum dęmonibus: qui aduerſum nos ſemp armãtur: & ſęuiũt. Alius vero rurſus ex illis ſempiterne memorandis

viris cũ me in dño plurimum diligeret:me'q; familiarissime vteretur: mihi semel placidissime dixit. Si re uera, sapiẽtissimus cũ sis, effectum virtutem'q; verborum eius, qui dixit: omnia possum in eo, qui me cõfortat, CHRISTO: tota animi intentione complexus es: si spiritus sanctus castitatis rore, vt olim in virginem, ita superuenit in te: si uirtus patientiæ altissimi obumbrauit tibi: accinge sicut vir lumbos tuos obedientię linteo: & a quietis cœna ꝯsurgens, in spiritũ cõtrito fratrũ pedes laua: immo vero abiecta mente, fratrum pedibus aduoluere, statue in cordis tui ianua seueros ianitores, & vigiles. Tene ĩsuperabilẽ, atq; immobilem mentem in corpore huc illuc'q; distracto. exerce in membris agilibus, ac mobilibus intellectualem quietem: atq; id, quod miracula excedit omnia: esto ĩ medio tumultuum impauidus animo: restringe ĩsanam linguam: ne ad contradicendum facile desiliat. pugna aduersus hanc rabidam dominã in die septuagies septies. affige in animæ ligno, quam crucẽ dicimus: ĩcudem: videlicet mentem vt per alternos malleoꝝ ictus & crepitus percussa ludibriis, & maledictis, irrisiõibus'q; lacessita, iniuriis affecta, infracta & in nullo lęsa, seu dissoluta perseuerans, tota lenis & plana, immobilis'q; persistat. Exue te voluntatibus tuis, vt confusionis amictu: atq; his nudus

ſtadium pietatis ĩgredere. Indue, quod rarum eſt, & difficile ĩueniri poteſt: ad certaminis magiſterium inuiolabilem fidei loricam: quam nulla iam infidelitas diſſoluere, aut vulnerare poſſit. Contine freno pudicitiæ tactum impudenter proſilientem. Reprime perpetua meditatione mortis oculum: ne horis ſingulis magnitudines ac pulchritudines corporum curioſius intueri velit. Refrena iugi tui ipſius cura curioſum animum: qui, dum ſui negligens eſt, fratrem ſemper cõdemnare vult: omnẽq́; dilectionem, & miſericordię affectum ad proximum ſyncere ſemper oſtende. In hoc enim vere cognoſcent omnes amantiſſime pater, quod CHRISTI diſcipuli ſimus: ſi in vnũ congregati dilectionem habuerimus adinuicem. Huc huc rurſus, aiebat amicus optimus, huc accede nobiſcumq́; vnà cõmorare, irriſiones horis ſingulis, vt aquam viuã bibe. Nam cuncta, quę ſub cœlo ſunt, perſcrutatus, iucunda & læta ſanctus Dauid nouiſſime omnium hęſitans aiebat. Ecce nuncquid bonum? aut quid iucũdum? nihil ſanè aliud, quàm fratres habitare in vnum. quod ſi nondum huiuſmodi patientiæ, & obedientię tam præclaro bono dignati ſumus: reliquum eſt, vt infirmitatem agnoſcẽtes noſtram, procul à certaminis ſtadio in ſolitudine ſtemus: atq; huiuſmodi athlętas beatos confiteamur: eisq́; patientiam imprecemur.

imprecemur. Victus sum fateor verbis optimi patris, ac pręstantissimi magistri: qui mihi euangelica, & prophetica authoritate, ac longe amplius syncerissimi amoris iure repugnauerat. Ex quo factum est: vt sanctę obedientię absq; vlla controuersia iam palmam non inuitus darem. Vnam adhuc perutilē beatorū illorum virtutem memorabo: ac veluti ex paradiso exiēs ad ineptam rursus, & dumosam, ac inutilem orationem nostram remeabo. Ad orationem plerunq; stantibus nobis, animaduertit pater sanctus quosdam inuicem colloquentes, quos ante fores ecclesiæ statuens, iussit vt per septem dies cunctis intrantibus, & exeuntibus prosternerētur, siue illi clerici, siue pres byteri fuissent. Considerans autem ego quendam ex fratribus ad psallendum cæteris attentius adstantem, atq; in principio maxime hymnorum, veluti ad quosdam nutibus suis & facie loquentē, rogabam: vt mihi quid sibi mos ille, & nutus vellet, aperiret. Qui prodesse mihi cupiens, nihil'q; abscondere decernens. Ego, inquit, pater Ioannes cogitationes meas, & mentem, atq; animū colligere à principio collectæ consueui: & corā m conuocatis eis acclamare. Venite, adoremus: & procidamus CHRISTO regi ac deo nostro. Eū vero, qui parandę fratribus refectioni pręerat: cū curiosius inquirerem: hoc facere animaduerti:

ad cuius latus cum appẽsum cingulo breuem libellum cõspicerem: didici eum quotidie cogitationes suas in eo notare: has'q; omnes pastori annunciare solitum. Non solum autem illum, sed & alios qnamplures id facere ibidem conspexi. erat enim id (vt comperi) patris sancti mandatum. Expulsus est aliquãdo a' patre vnus ex fratribus: qui apud illum proximũ suum, vt nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. qui ad monasterii ianuam septẽ dies perseuerans orabat, vt ingressu simul, & venia potiri mereretur: quod cũ didicisset studiosus animarum custos: nihil'q; omnino sex illis diebus illum comedisse explorasset: hoc illi denunciat: vt si omnino habitare in monasterio vellet: statuendum se sciret in pœnitentium ordine. Cum igitur hoc libenter amplecteretur pœnitens: iubet eum pastor ad separatum peccata lugentibus monasterium, deduci. quod & factum est. Quoniam vero se obtulit occasio, vt dicti monasterii mentionem faceremus: pauca de illo necessario dicẽda sunt. Locus erat vno tantum lapide a' magno monasterio distans, carcer appellatus, omni mortali consolatione destitutus. nõ illic vnquam fumi vapor apparebat: non vinum, nõ oleum ad cibum, non aliud quicquam, prȩter panem, & minuta olera. In hoc siqui post supernam vocationem deliquissent: ita eos claudebat pater: vt

ter: vt

ter: vt procedere inde nūquam valerent: non quidem omnes simul: sed seorsum singulos, aut certe multum duos simul. ibi'q; tādiu mo rabātur: quoad eum dominus de singulorum remissione certiorem faceret. Constituerat au tem illis, qui præesset loco, magnum & singu larem quēdam virum, Isaac nomine: qui per petuam ferè orationem ab iis, qui sibi seruan di tradebātur: exigebat. Erant illis etiā ad ac cidiam vitandam plurima palmarum folia. Hæc vita, hic status, hoc ꝓpositum est faciem dei Iacob re vera inquirentium. Est quidem præclarum: sanctorum labores admirari: imi tari vero instituere, salutem pręstat. Quoties reprehensi mordemur: atq; angimur: tangat nos memoria nostrorum delictorum: donec violentiam nostram, quam vult à nobis per peti, intuens dominus, & peccata nostrà, & an gentem cor nostrum dolorem vnà deleat: & in gaudium conuertat. Secundum enim mul titudinem dolorum meorum in corde meo, inquit, consolationes tuæ lætificauerunt ani mam meam. Tempore idoneo non obliuisca mur eius, qui dicit ad dominū. Quantas osten disti mihi tribulationes, multas, & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ, cum corruissem, iterum reduxisti me: Beatus qui propter deum cotidie maledictis, & con uitiis lacessitus sibiipsi vim fecerit. Hic enim

cum martyribus tripudiabit: & angelis parem confidentiam, & gloriam merebitur. Beatus monachus, qui seipsum omni ignominia, omni'q; abiectione dignũ horis singulis æstimat. Beatus qui voluntatẽ suam ad finẽ vsq; mortificauit: sui'q; ipsius curam omnem, atq; diligẽtiam spirituali magistro permisit. Nam ad crucifixi dexteram constituetur. siquis increpationem siue iustam, siue autem iniustam, ab seipso abiicit: hic salutem suam abnegauit. Qui vero hãc siue cum labore, siue etiam sine labore suscipit: cito suorum delictorũ venia, & remissione potietur. Deo eam, quam ad patrem tuum habes fidem, synceram'q; charitatem in intimis ostende. & ille hũc occulte certiorem faciet tui in illũ affectus, ĩtegerrimę'q; dilectionis: vt tibi posthac vberiori beneuolentia, & familiaritate iungatur. Is, qui serpentem omnem semper prodere paratus est: certissimę de se fidei argumentum dedit. qui vero illum in sui cordis latebris occultat: adhuc vagus errat. Siquis amorem suum, ac proprie dilectionem, quam ad fratres habet, explorare cupit: tũc inde certior fit: cum se in fratris delictis lugere intentius perspexerit: rursus'q; in illius profectibus, & gratiis lætari. Is, qui dum loquitur, verbum suũ, quãuis illud sit verum, firmare voluerit: sciat, se diaboli morbo ægrotare. quod si cum suis ęqualibus colloquendo

id facit:

id facit:fortaſſe aliquando maiorum increpatione curabitur:ſin vero in maiorũ,& ſapientiorum ſermone contra ſentientium pertinax in ſua opinione perſeuerat:humana arte nunquam ſanari poterit.Qui in verbo humilis nõ eſt:nunquam profecto erit in opere. nam qui in modico infidelis eſt: in magno quoq; infidelis erit:neq; cuiuſquã cedet authoritati:fruſtra'q; laborabit:neq; ex ſancta obediẽtia quicquam ſibi præter iudicium reportabit. Siquis conſcientiam ſuam mundiſſimã in patris ſpiritalis ſubiectione ſeruauit: hic iam mortem, vt ſomnum, immo vero vt vitam quotidie intrepidus expectat: certiſſime ſciens obitus tempore ſui ipſius non a' ſe,ſed a' patre rationem eſſe requirendam. Siquis in domino nulla vi impulſus a' patre adminiſtrationem ſuſcepit: atq; in ea pręter ſpem, & expectationem ſuam lapſus in aliquo fuerit: non ei, qui dedit arma: ſed ſibi,qui ſuſcepit,ruinę cauſam imputet.Suſcepit enim arma ad pugnandum contra inimicos: cõuertit aũt ea in cor ſuum: quod ſi coactus id fecit: infirmitatem'q; ſuam iniungenti miniſterium prædixit: bono animo ſit.Nam & ſi ceciderit:non morietur.Neſcio quomodo me pene' fugerat o' amantiſſimi,& hunc vobis apponere ſuauiſſimum virtutis panem.Vidi enim illic obediẽtes in domino:qui ſeipſos iniuriis,& contumeliis, atq;

gnominiis quotidie afficerent: vt cũ illæ sibi ab aliis irrogarentur: hoc exercitio non impa rati inuenirentur, tanquam assueti non angi ignominiis. Anima, quę semper confessionem delictorum meditatur: hac veluti freno a peccatis coërcetur. Nam quę confiteri detrectamus: ea veluti in tenebris sine vllo metu perpetrare consueuimus. quoties absente patre eius nobis faciem fingimus: ipsum'q; nobis adstare putamus: congressum'q; omnem, aut sermonem, aut cibum, aut somnum, aut aliud quodlibet eiusmodi, quod sibi ĩgratum fore putamus: fugimus, & auersamur: tunc re uera obedientiam liberam, & minime adulteram nos arripuisse sciamus. Nam pueri segnes & ignaui ex magistri absentia lætantur: quam ardentes & industrii summũ detrimentum sibi arbitrantur. Interrogaui quẽdam ex illis probatissimis viris: quomodo obedientiæ virtus humilitatẽ possidet? Qui ait. Etiam si mortuos suscitet gratus obediẽs: etiam si lacrimarum possideat donũ: etiam si bellorum fremitu permaneat liber: omnia spiritalis patris precibus consecutum se arbitrabitur: atq; ita ab inani tumore permanebit liber. Quando enim in illa re efferri, atq; gloriari poterit: quam non suo studio, vel merito, sed solo patris adiutorio se egisse constanter tenet? Non nouit solitarius huiusmodi virtutis munus.

quippe plus in illo iuris habet inanis tumor: cum sibi suggerit proprio illum labore ac studio virtutes patrauisse. Cum is, qui subiectus est: duos euaserit laqueos: manebit iam seruus CHRISTI perpetuus obediens. Contendit dæmon obedientiæ deditos nunc quidē sordidis inquinare humoribus: nunc vero duros corde, & præter morem suum turbulētos, aridos'q;, & infructuosos gulæ deditos, atq; ad orationem pigros, somnolētos'q;, & tenebris plenos efficere: vt eos ita affectos, veluti qui ex obedientię nihil virtute proficiant: immo vero etiam retroeant: ab instituto certamine retrahat. neq; enim eis in mentem venire permittit: quod dum ista, quę videntur optima: nobis singulari dei dispensatione subtrahuntur: materia nobis profundissimæ humilitatis datur. Repulsus est sępenumero quorundam tollerātiā huiusmodi deceptiōis author. Cum post paululum adhuc isto loquente, alius angelus post modicum adstans altero nos modo seducere nititur. Vidi plerosq; obedientiæ deditos facile compungi: placidos esse, continentes, studiosos, feruentes: quos patris pręsidium bello seruauerat: immunes: quibus adstantes dęmones eos iam esse idoneos, qui ad solitudinem properarent, suggesserunt: velut per eam possent ad fastigium summæ, ac placidissimę quietis euadere. His illi persuasi ac

seducti,

seducti, atque e portus fida statione ad pelagi profunda transeuntes, tempestate ingruente, solatio gubernatorum destituti, sordido salsoque mari miserabiliter absorpti sunt. Necesse est enim conuerti mare, & turbari, atque efferari: vt tunc materiam omnem, quam perturbationum, & vitiorum flumina in ipsum deduxerunt: omnemque putredinem, & herbam per eadem rursus in terram reiiciat. Inueniemus, si diligētius inspiciamus: post feros maris fluctus maximam tranquillitatem sequi solere. Qui patri spirituali nūc quidem obedit: nunc vero inobediens est: is ei comparādus est: qui oculis suis modo collyrium, modo calcē imponit. Vnus enim, inquit, si ędificet: & alius destruat: quid nisi labores acquisierunt? Noli o fili atque deum obediens spiritu elationis decipi: neque peccata tua, veluti ex persona alterius, magistro denūcies. Neque enim licet absque verecundię rubore æterna confusione liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuū. dic age, noli confundi. Meum vulnus est pater, mea plaga: cuius mihi causa fuit, non alterius, sed mea negligentia. nemo huius author extitit: non homo: non spiritus: non corpus: non aliud quicquam, nisi desidia mea.

Esto, dum confiteris: habitu, specie, cogitatione vt cōdemnatus reus, demissis in terram luminibus: atque, si fieri potest, magistri ac medici

dici pedes, vt CHRISTI pedes lacrimis riga. Solent nonnũquam dęmones nos, vt aut non confiteamur hortari: aut certe vt hoc veluti ex alterius persona faciamus: siue vt alios quosdam peccati nostri insimulemus authores. Si, vt certum est, consuetudo plurimum valet: & cuncta ex ea pendét: eam'q; sequuntur: omnino longe amplius ea valebit in bonis: cum potentissimum habeat adiutorem deum. Noli o' fili in annis plurimis laborans lacessere: donec in teipso beatissimam inuenias requiẽ. quod si teipsum initio toto animo ignominiis exposuisti: ne indignum putes adiutori ac magistro tuo, tanquã deo vultu, animo'q; demisso culpas tuas confiteri. Vidi enim reos quosq; miserabili omnino habitu, vehementiori'q; confessionis, & supplicationis vi: duritiam ac seueritatem emollisse iudicis: illius'q; iracundiam in misericordiam conuertisse. Quocirca Ioannes quoq; domini præcursor, antequam baptismi lauacra donaret: ab accedentibus confessionis humilitatem requirebat: non quidem vllo horum ipse indigens: sed illorũ saluti modis omnibus consulens, nec metu vllo, aut admiratione teneamur: si etiam post cõfessionem oppugnamur. Præstat enim cum inquinatione carnis, quã m cum elatione mentis habere conflictum. Noli citius accurrere: neq; eleueris facile: cum enar-

rare

rare audis solitariorum,atq; anachoritarũ patrum vitas. Tu enim protomartyris militia incedis:neq;,si cadere in conflictu contingat: fraterna ex acie excedendum est.nam tũc maximè indigemus mèdico: cum vulnera suscepimus.Is enim,qui adiutorio subnixus pedem in lapidẽ offendit:si adiutorio destitutus esset: non offenderet solum: sed omninó moreretur. quoties lapsi ceciderimus: ocyus dæmones,atq; acrius instant:ac veluti rationabilem, immo vero irrationabilem occasionem nacti,tunc iam nobis quietem solitudinis sugge runt, ea intentione: vt ruinæ nostræ vulnera etiam adiiciant. Cum se medicus de virium suarum impotentia excusat: tũc ad alium necessario eundum est. Nam sine medici peritia pauci curantur.quis ille erit:qui aduersetur ita diffinientibus nobis eam nauem,quam guber nator optimus ac peritissimus regat:si naufragium incidat:omnino perituram,ac si gubernatore destituta esset? Ex obedientia humilitas,ex humilitate verò placida animi trãquillitas nascitur. Quippe in humilitate nostra me mor fuit nostri dominus: & redemit nos de inimicis nostris. nihil igitur dicere prohibet, ex obedientia tranquillitatem nasci:per quam finis humilitatis acquiritur. hæc enim illá inchoat: sicut Moses legem. perficit autem filia matrem: sicuti Maria synagogam. Supplicio

re uera

re uera omni digni apud deum sunt illi ægroti: qui medici peritiam vtiliter experti, antequam perfecte reddantur sanitati: hunc deserunt: alterum'que illi præferunt. Noli eius manus fugere, qui te obtulit domino. neque enim alium ita vt illum in vita tua reuereberis. Nequaquam tutum est imperito & gregario militi ad gladiatorium certamen descendere. ita ne monacho quidem tutū est rudi adhuc, perturbationum'que animæ ignaro, neque in iis antea exercitato ad solitudinem contendere. ille enim in corpore, hic vero in anima periclitabitur. Boni, inquit scriptura, duo super vnum. hoc est. Bonum est filio vna cum patris adiutorio per operatiōem sancti spiritus aduersus anticipationes, siue vitiosam consuetudinem pugnare. Qui cæcum duce, pastore gregē, viæ ignarum ductore, infantem patre suo, ægrotum medico, gubernatore nauem destituit, & fraudat: vtrisque periculū parat. Qui vero sine patris auxilio contra spiritus nequam pugnare nititur: ab illis occiditur. Ii quidem, qui ad medicorum tabernas initio adueniunt: dolores suos: qui vero ad subiectionem accedunt: eam, quæ in se est, humilitatem notent. Nam illis quidem dolorum leuigatio, istis vero suę reprehensionis adiectio certissimum signum sanitatis est. Sit tibi conscientia subiectionis speculum: & satis est. Ii quidem, qui in solitu-

dine

dine patri subiecti sunt: dæmones tantum aduersarios habent. qui vero in congregatione sunt: dęmonibus vnà, atq; hominibus colluctantur: & priores illi quidem ex iugi conspectu præceptoris diligẽtius illius mandata custodiunt: sequẽtes vero nonnunquã per illius absentiam ea paululum transgrediuntur. Verum si studiosi, laborum'q; patientes fuerint: per offensionum tollerãtiam defectum illum copiosissime supplent: coronas'q; duplices referũt. Omni custodia seruemus nosmetipsos. Portus enim nauibus repletus eas facile conterere, ac demoliri solet: atq; illas maxime, quę ab iracundia, veluti à verme aliquo latenter perforatę fuerint. Dum sub magistri manu sumus: silentio supremo ignorantiam semper ꝓtendentes nosipsos assuefaciamus. Vir enim tacitus philosophiæ filius: plurimam'q; semper scientiam possidet. Vidi eum, qui subitus erat: verbũ ex ore magistri rapuisse: de'q; eius subiectione desperaui: animaduertẽs illum ex ea superbiam potius, quàm humilitatẽ acquisisse. Omni vigilãtia ꝓspiciamus: oĩ diligẽtia obseruemus: oĩ'q; custodia prouideamus: qñ, aut qũo ministerium orationi pręferẽdum sit. neq; enim sanè id semper faciendũ est. Attende tibiipsi: quando in conspectu fratrum tuorum adstas: vt non velis eis iustior videri in nullo penitus. Duo enim mala facis: dum & illos

illos ex hoc tuo falso ac ficto studio conturbas: & tibi ex omni loco arrogantiam, & superbiam conquiris. Esto animo studiosus, ac solicitus: neq; id penitus corpore significes: non habitu, non sermone, non signo, istud'q; si proximum tuum spernere, ac minimi existimare quieuisti. quod si hactenus ad id pronus existis: esto fratribus tuis per omnia similis: neq; per elationẽ dissimilis. Vidi plerũq; improbum discipulum cum de magistri virtutibus coràm hominibus quibusdã loqueretur: gloriantẽ, qui tamen, dum sibi ex aliena fruge gloriam videretur acquisisse: ignominiã potius retulit: cunctis ad illum conuersis, ac dicentibus. Et quomodo arbor bona ramũ infructuosum tulit? Non tunc nos patientiæ virtute præditos existimemus: cum patris obiurgationem fortiter tulerimus: sed cum à cũctis hominibus contempti, atq; verberibus etiam affecti constanter tollerauerimus. Patrẽ enim idcirco tolleramus: quia reueremur: illi'q; pro impẽsa nobis cura debitores sumus. Bibe summa cum alacritate obiurgationes, atq; irrisiones à quouis hoĩe tibi propinatas: non aliter quàm aquã vitę, potare enim te quęrit salubri potiõe: per quam omnis animi lasciuia & luxuria purgetur. nã huiusmodi re vera haustu orietur intima, & profunda castitas in anima tua: lux'q; dei candidissima ex corde tuo non deficiet.

deficiet.Nemo, cũ ſub ſeipſo viderit fratrum cœtum requieſcere:In mẽte ſua incautus glorietur.fures enim iuxta ſunt. Recolens recole quid dominus dixerit. Cũ omnia feceritis, quæ pręcepta ſunt vobis:dicite.Serui inutiles ſumus:quod debuimus facere,fecimus.Porrò quia iudicii ſubtilitate labores noſtros deus examinet: in exitus noſtri tempore ſciemus. Cœnobium eſt terreſtre cœlum.Idcirco quaſi angeli miniſtrãtes domino, ita affici in corde ſtudeamus.Nonnunquam ii, qui in eiuſmodi cœlo ſunt:corde ferè lapidei fiũt.nonnunquã vero per compunctionẽ molliuntur:vt & per huiuſmodi duritiam elationem fugiãt: & per lacrimas labores conſolentur. Modicus ignis plurimum ceræ molliuit. modicum'q; contingentis ignominię omnem ſæpe cordis feritatem,omnem duritiam,omnẽ'q; cęcitatem repente molliuit, obdulcauit, deleuit. Vidi aliquando duos latẽter adſidere:certantiũ'q; gemitus, ac labores obſeruando auſcultare. ſed alter imitandi ſtudio id faciebat:alter,vt,cum tempeſtiuũ cerneret;iſta cũ exprobratione publicaret: ac dei famulum à ſacra iſta exercitatione refringeret.Noli pręter rationem ſilere: ne ex tui ſilentii improbitate aliis turbationis, & amaritudinis author fias.neq; moribus tardus,inceſſu'q; celer ſis.alioquin turbulentis,& inſanis deterior eris. Vidi (vt ait Iob) huiuſmodi

modi nonnunquam niorum tarditate, interdum vero etiam ex dexteritate animas parere: malitię'q; varietatem admiratus sum. Qui in fratrum medio consistit: non tantũ ex psalmorum modulatione, quantum ex oratione lucrari potest. Nam sæpe ex alternis vocibus, & modulatiõibus, ne virtutem intellectum'q; psalmi consequi possimus: impedimur. Certa tota animi intentione: mentẽ'q; semp inquietam ac vagam infatigabiliter cõtine, teipsum ad teipsum colligẽs. neq; enim ab iis, qui obedientiæ legibus viuunt: orationem sine vllo cogitationum strepitu quietam requirit deus. Noli tristari, aut mœrore vllo affici: si, dum oras: subtilissime inimicus irrepit: animi'q; intentionẽ clam vt fur auertit: sed bono animo esto: dum semper lubricá reuocas mentẽ. Angelis enim solis datum est huiusmodi nõ patere furibus. Qui sibiipsi latenter persuasit, nunquam sibi ab huiusmodi cõflictu recedendum vsq; ad extremũ spiritũ: ne si mille mortes (vt ita dixerim) animæ & corporis impendant: nihil huiusmodi facile incurrit. Nã cordis hæsitatio, & infidelitas, locorum'q; mutatio, offendicula semper, atq; calamitates parare consueuerunt. Qui enim proni, ac faciles ad migrationem, mutationem'q; locorum sunt: ĩprobi omnino iudicãtur: nihil ita boni operis fructus consueuit obtundere, vt locorũ cre

bra mutatio. Si ignotũ tibi hactenus medicũ, siue medicinę offenderis tabernã: esto vt prę-teriens uiator: cunctorũ'q; illic degentiũ clã'm experimentum sume. At si ex opificibus, ac ministris quicquam auxilii, & emolumenti in tuis ęgritudinibus te accepisse persenseris: maxime vero in tumore animæ, quem euacuare queris: tunc iã securus accede: te'q; ipsum vende illic humilitatis auro, sub obedientiæ chirographo, & administratiõis literis, testibus'q; angelis. horũ in conspectu disrumpe, atq; conscinde proprię volũtatis chartam. Nam si huc illuc'q; circũeas: fœdus iam, & pretiũ, quo te CHRISTVS emerat: violas. Admoneat te iugiter sepulchri memoria. nemo ẽ monumẽto progreditur ante cõmunem resurrectionẽ omnium. Sin vero exierunt aliqui: considera qa & mortui sunt, quod nos vti ne patiamur, dominũ intentius oremus. Cum senserint fragiliores quiq;, ac segniores grauia sibi imperari: tunc orationẽ præferre contendunt: cum vero leuiora: tum ab hac, veluti ab igne diffugiunt. Sunt nõnulli: qui, postquã administrationis officiũ susceperint: pro consolatione, & quiete fratris requisiti illo se abdicant: atq; id ei cõcedunt. Sunt itẽ qui ex pigritia id faciũt. Sunt & qui ex inani gloria facere id nolũt. Et sunt, q ex alacritate animi. Si te rapuit quodlibet viuendi genus: vides'q; in eo animę oculũ

absq; profectu persistere: disiungi ab instituto quamcelerius satage. Verum is, qui probatus est: æque in omnibus probatus est: sicut etiam econtra. Maledicta in sæculo, atq; iniuriæ multa sæpe discidia fecerunt. Ita & in religiosis cõgregationibus gulę illecebra ruinam omnẽ, & negligentiã, atq; contemptũ operãtur.

Hanc tu rabidã dominã si subigere volueris: omni in loco placidissimã quietem acquirere valebis. Illa vero si tibi dominetur extra monumẽtũ: omni in loco periclitaberis. Dominus quidem illuminat cæcos obedientium oculos ad cõtuendas magistri virtutes: idẽ'q; eos excæcat: ne defectus videant. Ecõtra vero bonis omnibus infestus dęmon facere conatur. Sit nobis o'fili forma optimę subiectionis argentum, quod viuũ dicitur: quod quantũlibet infra omnia voluatur, manet tamen omni sordiũ cõmistione liberum. Qui soliciti ac studiosi sunt: seipsos cautissime attendant: ne, dũ negligentiores quosq; iudicãt: seuerius quã'm illi condẽnentur. Idcirco enim (vt reor) iustificatus est Loth: quod, cũ in flagitiosoꝝ medio obuersaretur: nũquam illos penitus iudicasse deprehensus est. Semper quidẽ seruandus est quietus animus, atq; ab omni perturbatiõe liber: sed attẽtius tamen, cũ domino psallimus. Student enim maxime dęmones perturbationibus orationẽ nostrã ĩpedire, atq; demoliri.

Is re vera idoneus minister censetur: qui, cum hominibus corpore adsistat: mente tamē cœlos per orationē pulsat. Iniurię quidē, atq; cōtumelię, abiectiones'q;, & huiusmodi cętera, in obedientis aīa absynthii amaritudini similia sunt: laudes vero honores, gloriosi'q; rumusculi, in iis, qui talia studiose aucupātur: in morem mellis suauitatē maximā gignunt. Inspiciamus ergo diligētius naturā vtrarūq; reꝝ. Absynthium quippe omnē intestinorū fecem purgare certū est: mel uero bilem augere solet. Secure eis credamus in domino: qui curā nostri susceperunt: etiā si quędā imperent, quę contraria, ac saluti nostrę videātur aduersantia. Tunc enim tūc fides ad illos nostra, veluti in fornace humilitatis cōprobatur. Hoc enim est verissimæ fidei indiciū: si contraria quā̀ sperabamus aspiciētes, pręcipiētibus absq; vlla hæsitatione obtēperemus. Ex obediētia (vt diximus) humilitas nascitur: ex humilitate discretio: vt a' magno quoq; Cassiano in eo sermone, quē de discretione cōscripsit: venustissime, atq; altissime disputatū est. ex discretione vero animo clarissimū lumen infunditur: ex quo etiā præuisio nascitur. Quis igitur ad hoc tā ꝑclarū obediētiæ iter nō lęto animo accurrat: cum ante se tantā bonoꝝ copiam propositam videat? De hac singulari virtute cantor ille optimus aiebat. Parasti in dulcedine tua

pauperi

pauperi obediēti deus pſentiā tuā in corde ipſius. Nunquā excidat tibi in tota vita tua maximus ille athleta: qui totis decē & octo ānis exterioribus auribus nūq̄ à magiſtro audiuit, Salueris: interioribus vero quotidie audiebat à domino. Non quidē ſalueris: quod optātis eſt: ac pro incerto ponitur: ſed ſaluus factus es: quod firmū ſimul, ac diffinitum eſt. Pleriq; ex obedientiū grege, cū facilitatē patris animaduertunt: ſenſum, dū neſciunt, ad ſuas voluntates eoꝝ nutus inclinant. ſciant autē huiuſmodi: ſe confeſſionis corona omnino excidiſſe. Obedientia enim eſt ſimulationis, proprii'q; deſiderii omnimoda renūciatio. Sunt, qui ſuſcepto imperio, cū imperantis intentioni hoc parum gratū animaduerterent: id repudiauerunt. Sunt itē, qui, cum idē prǫſentirēt: tamen incunctāter, ac ſine vlla hǫſitatione obtēperauerunt. Quǫrendū quinā ex iis religioſius fecerint: Poſſibile non eſt, vt diabolus ſuǫ ipſius reſiſtat voluntati: atq; id tibi perſuadeant: qui in negligentia viuūt: & in vna ſolitaria cellula, ſiue in cœnobio perſeuerant. Cum, vt loco excedamus, oppugnamur: ſit ea pugna noſtræ illic virtutis indiciū. nā ſi oppugnamur: quis pugnare nos ambigat: Nō ero occultator iniquus: neq; fraudator inhumanus: vt ea apud vos ſileā, quǫ ſilere omnino nefas eſt. Ioannes Sabbaita ſummus vir, mihi'q; chariſſimus, res

mihi retulit auditu mirabiles,& memoratu dignissimas.quod auté is vir perturbationibus, ac passionibus sit liber,atq; a mēdacio procul, verbo'q; & opere mundus: cū eius experimentū ceperim:noui pater optime. Hic itaq; mihi ista narrauit. Erat,inquit, in monasterio meo, quod est in Asia (inde enim iustus ille aduenerat)senex quidā negligentissimus,ac parū moderatus:quod nō iudicandi causa, sed veritati studens dico.Huic erat discipulus iunior,Acatius nomine:quē nescio quo pacto sibi acquisierat:simplex quidē animo,ac voluntate: sed sensu,& ratione prudētissimus.qui tāta ab huiusmodi sene passus est:quę si referre voluero, plurimis forte videbūtur icredibilia.Nō enim iniuriis solū, atq; contumeliis, & ignominiis, verūetiam verberibus eū quotidie afficiebat. Erat autē hæc illius tollerantia non sanè irrationabilis.Ego igitur,cū illū quotidie vt emptitium seruū suprema in erūna degere aspicerem:obuians illi sępissime dicebā.Quid est frater Acati ? quomodo tibi est hodie ? Ille vero continuo quidē liuiētem, tumidū'q; oculum, aliquādo vero fractā ceruicem, sępe ictum caput ostendebat. Ego itaq; sciens eū patientiæ operariū,aiebam illi.Bene bene:sustine viriliter: & proderit tibi. Cum igitur egisset annos nouem sub imiti illo,& acerbo sene: migrauit ad dominū: sepultus'q; est in cimiterio patrū.

post

post quinq; autē dies abiit ad magnū quendā illic senem Acatii magister: dixit'q; illi. Pater, Acatius mortuus est. quod cū audisset senior: respondit. Vere senex nō id mihi psuades. qui ait. veni: & vide. Continuo surrexit senex: venit'q; cū beati pugilis magistro ad cimiteriū: clamat'q;, tanquā viueret, ad eum, qui vere in beata requie uiuebat, dicēs. frater Acati putas'ne mortuus es? Tum vero gratus ille, obediens, etiā post mortem obedientiā ostendēs, magno illi ita de sepulchro respondit. Et fieri quomodo pōt pater, vt moriatur homo obediētiæ deditus? Tūc senex ille, qui pridie illius magister appellatus fuerat: territus in faciē cū lacrimis cecidit: atq; à monasterii abbate petiit: vt sibi iuxta tumulū eius cellulam cōstruere liceret. illic'q; iam sobrie vixit dicens pâtribus semper homicidiū feci. Mihi quidē pater Ioānes videtur magnū hunc Ioānē fuisse: qui cum mortuo locutus sit. Aliud enim quiddā veluti de alio mihi enarrauit beata eius anima: fuit autē ipse: vt postea certior sum factus: cum id explorassem diligentius. Alius quidā, aiebat, in eodē Asię monasterio cuidā monacho miti, atq; mansueto in discipulū est datus. Hic cū videret se à sene quasi honorari, ac pręstari sibi requiem, quod plurimis periculosum esse solet: bene & prudēter excogitat. obsecrat senem: vt illū à se dimittat. quod idcirco non

valde molestũ fore videbatur: quia habebat senior & aliũ discipulũ. profectus igitur ab illo est: literis'q; comendatitiis magistri in quodã Ponti cœnobio sistitur. prima auté nocte, qua cœnobiũ ingressus est: videt quosdam per somniũ ab se rationē exigere. Tandem post terribile illud, horrendũ'q; examen, debere se reperit centum auri libras. Experrectus itaq; visum'q; diiudicãs ait. Humilis Antioche (hoc enim ipsi erat nomē) vere graui ęre alieno oppressi sumus: plurima'q; persoluēda restãt. Sic igitur, inquit, in cœnobio permãsi annos tres, obediens omnibus, nihil'q; discernens: cũ me omnes spernerēt: atq; vt peregrinum iniuriis afficerēt. neq; enim erat ibi pręter me, peregrinus alius monachus. post trienniũ vero rursus in sõmnis adspicio quēdam: qui decem debiti mei libras abolitas ostēdit. expgefactus itaq; ĩtellexi visioné: & dixi. Decem solũmodo libras persolui: & quando impleturus sum reliquum debitũ? Tunc ad meipsum dixi. Humilis Antioche ampliore labore, & ignominia opus habes. Extunc itaq; amentē me, ac fatuũ simulare cœpi: nihil tamen ministerii mei penitus obmittés. quocirca ĩ tali me ordine, atq; alacritate cernentes, ĩmites patres cũcta mihi monasterii grauia opera iniungebant.
Cum vero in hoc instituto vitæ tredecim annis perdurassem: vidi eos, qui mihi antea ap-

paruerant:

paruerãt: rurſus ad me venire: totius'q; debiti ſolutionẽ impletã ex integro oſtendere. Cum igitur in aliquo me vexabãt monaſterii monachi: debiti mei ſtatim reminiſcebar: atq; ita fortiter ferebã. Iſta mihi ſapientiſſimus Ioannes, veluti ex alterius pſona enarrauit. ideo'q; ſeſe Antiochum cognominauit. Hic autẽ fuit re vera: qui chirographum ſuũ per patientiã fortiter conſcidit. Qualem vero diſcretionis gratiam ſanctus iſte pro ſuprema virtute obedientiæ adeptus ſit, referre libet. Cum aliquando ſederet in monaſterio ſancti Sabbæ: acceſſerunt ad eũ tres adoleſcentes monachi, diſcipuli illius fieri volẽtes. quos cõtinuo lætiſſime hoſpitio ſuſcepit: omnibus'q; officiis humanitatis proſecutus eſt: volẽs illos ex itineris labore recreari. Poſt diẽ ergo tertiũ dicit eis ſenex. Ignoſcite fratres: quia homo malignus ſum: nec poſſum ex vobis quẽpiam ſuſcipere. illi vero nihilo ſcandalizati ſunt. ſciebant enim ſenis opera. Sed cũ maximis precibus, vt ſe ſuſciperet, obtinere nõ poſſent: proſtrati iam ante pedes eius obſecrabant: vt vel viuendi normã illis traderet: quo in loco, & quomodo habitare debuiſſent. Ceſſit ſenior: ſciens, quod cũ humilitate ad obtẽperandum parati id peterent. ait'q; vni. Vult te dominus o fili in ſolitariis locis cũ patre in ſubiectione perſiſtere. Secundo autẽ dixit. Abi: vende vo

luntates tuas: & deo illas da: & tollēs crucem tuā, persiste in conuentu, & cœnobio fratrū: & omnino thesaurū habebis in cœlo. Deinde dicit & tertio. Assume in animo tuo inseparabiliter, & tota intētione verbū illud. Qui perseuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit: in intimis visceribus recōde: abiens'q;, si fieri potest, eum exercitationis tuę in domino ducē ac magistrum quęre: quo in omni mortaliū natura nullus sit asperior, aut grauior: sub quo perseuerans iugiter obiurgatiōes, & irrisiones quotidie, vt mel, & lac bibe. Ad quē frater ille, inquit. Si huiusmodi negligens fuerit: quid facio pater? Et si fornicari, īquit, illū videris: noli discedere: sed ad teipsūm cōuersus, dic. Amice ad quid venisti? tunc aspicies tumorē tuę mentis dissipari: excandescentiam'q; mitescere.

Contendamus totis viribus omnes, qui dominum metuimus: ne in virtutis gymnasio nequitiā nobis ipsis acquiramus: malitiā'q;, & acerbitatē, & astutiā: per quæ cursus impediatur noster. Solet enim id cōtingere: nec mirū. quādiu enim homo aut ꝑuatus, aut nauta, aut agricola fuerit: nō vsqueadeo aduersus illum inimici regis armantur. At cū illum à rege sigillum accepisse viderint: scutū'q;, & gladiū, & arcum, & frameā: veste'q; indutū militari: tum maxime aduersus eū infrēdunt dentibus: ac modis omnibus necare cōtendūt. quocirca

non

non dormiamus. Vidi plerunq; infantes pueros simplicitate ac decore mirabiles, sapiētiæ, & eruditionis, atq; vtilitatis acquirēdæ gratia ad magistros proficisci: nihil'q; inde eruditionis cōsequi: nisi tantū astum, & nequitiā ex reliquorum contubernio. Qui sensum habet: intelligat. Impossibile est vt qui artē aliquam totis animis addiscunt: nō in illa quotidie proficiant. Verum alii quidē ex iis profectū suum agnoscunt: alii vero dei dispensationē ignorant. Optimus ille trapezita est: qui quotidie vespere lucrū, ac detrimentum omnino cōputat: quod scire manifestius nō potest: nisi horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cū calculi horis singulis ponuntur: totius diei ratio postmodū clarius agnoscitur. Quoties exprobratur, & condēnatur stultus: dolet: atq; angitur: volens'q; citius arguēti silentiū imponere, veniā prostratus postulat, nō humilitatis gratia: sed vt ille exprobrare desinat. Cum obiurgaris: tace: ac suscipe animæ cauteria. īmo vero castitatis luminaria. Cum cessauerit medicus adurere: tunc demū vt tibi ignoscat, suppliciter obsecra. nā in illo feruore increpationis fortasse pœnitentiā non suscipit. Quicunq; in cōgregationibus degimus: aduersus omnia quidē, sed cōtra hæc duo præcipue vitia horis singulis pugnare debemus. aduersus insaniā ventris, atq; iracundiam. Hæc enim in

turba

turba fratrũ propriis materiis abundãt. Solet diabolus eis, qui in subiectionis humilitate viuunt: virtutũ, quas consequi nõ possunt, desideriũ imittere. Similiter & in solitudine viuentibus aliena, & ad se nihil pertinentia suggerere. euolue diligenter, & explica subditorꝝ reproborꝝ mentem. Inuenies illic vagã & variam orationem, solitudinis desideriũ, ieiunii enormitatem, orationis insuperabilis affectũ, summum gloriæ contẽptum, memoriã mortis indelebilẽ, perpetuę cõpunctionis imaginem, iracundiæ omnimodã sedationẽ, altissimi silentii, castitatisq; excellentissimę studiũ. Quibus rebus cum ex dispẽsatione dei initio carerent nõnulli: decepti frustra a' cœptis studiis desilierunt. Ista enim idcirco ante tẽpus inimicus eos fecit inquirere: ne perseuerantes, cum tẽpestiuum esset, eis fruerẽtur. Contra iis, qui solitariã vitam delegerunt: seductor astutus obedientium gloriã ingerit, hospitum ac peregrinorꝝ curam, ministrationẽ, fraternitatis studium, cõtubernii familiaris dulcedinẽ, infirmantium obsequia, & cætera, quę sui studii nõ sunt: vt istos quoq;, sicut & priores versutus ille instabiles faciat. Paucorꝝ re vera est solitudinẽ, vt dignum est, prosequi: eorũq; solũmodo, qui ad laborꝝ tollerantiã, atq; ad auxilium bellorꝝ diuina consolatione recreãtur. Pro qualitate autem nostrarꝝ passionum sub-

iectiones quoq; discernamus: & propte eliga-
mus. Si te ad libidinē, ac lasciuiā pronum ani-
maduertis: is te pater exerceat: qui ventri in-
dulgere nō norit: non qui miraculis coruscet:
paratus'q; sit semper ad suscipiēdos, atq; alen-
dos peregrinos. Porro si elata ceruice es: ferui
dus te, atq; inclemēs, nō mitis ac blandus mo
deretur. Non eos inquiramus, qui futura præ-
noscunt, ac pręuident: sed ante omnia penitus
humiles, nostris'q; ægritudinibus ex moribus
atq; habitatione cōgruentes. Imitare iustū illū
Abbacyrum: cuius antea mentionē fecimus.
Et hic enim optimus, atq; præclarus ad prōpte
obtēperādum modus est: si semper ita tecum
reputes. Tentat te pater: neq; vnquam penitus
falleris. Si, cum iugiter a patre obiurgaris: am
pliorē in illum fidem assumis: habitat in ani-
ma tua spiritus sanctus inuisibiliter: & virtus
altissimi obūbrauit tibi. Noli ergo gloriari, ac
lætari: si contumelias, & ignominias fortiter
tolleras: sed luge magis: quod aliquid omni-
no dignū contumelia gessisti: patris'q; animū
contra te cōmouisti. Rem dicturus sū mira-
bilē: sed vide omnino ne hęsites. Habeo enim
eius sententię patronū Mosen. Expedit in deū
magis peccare, quā'm in patrē nostrum. Nam
si deum ad iracundum prouocauerimus: dux
noster illum recōciliare poterit. Si vero ducē
ipsum perturbauerimus: nullū iam, qui nobis
illum

illum propitiũ faciat, habebimus. Quę vtraq; mihi in vnum recurrere vidẽtur. Inſpiciamus diligẽter & diſcernamus, ſobrie'q; ac vigilanter attendamus: quid quo tẽpore ſeruandum ſit. nonnunquam enim cum a' paſtore incuſamur: gratifice tollerare, ac tacite debemus. nõnunquam vero etiã facti noſtri rationẽ reddere. Mihi quidem in iis omnibus ſilendum videtur: quæ nobis vllam ignominiam afferãt. Lucri enim tempus eſt. In iis vero, quę in perſonam alterius redundant: rationem reddendum, ob vinculum charitatis, atq; inſolubilis pacis. Quicũq; ab obediẽtia deſilierunt: ii tibi poſtmodum vtilitatem eius enarrabunt.

Tunc enim in quo cœlo ſtabant, agnouerunt. Is, qui ad placidiſſimã animi quietẽ, atq; ad deum currit: die omni, qua maledicta non ſuſtinet, ingens detrimentum ſe ſuſtinuiſſe arbitratur. Sicut enim arbores, quæ a' ventis agitantur: altioribus ſemper radicibus nituntur: ita & qui in obedientia degunt: validas, atq; inconcuſſas animas poſſident. Qui in ſolitudine reſidens agnouit imbecillitatem ſuam: migrans'q; ſeipſum obediẽtiæ vendidit: hic, cæcus cum eſſet: ſine labore reſpexit ad CHRISTVM, State ſtate: dicam iterũ ſtate fratres currentes athlętę, audientes quid de vobis ille ſapiẽs clamet. Sicut aurũ in fornace dominus, immo vero in cœnobio, probauit eos: & ſicut

holocauſta

holocausta hostię accepit illos in finibus suis.

DE ACVRATA ET SOLICITA POENITENTIA V

POENITENTIA est reuocatio baptismatis. Pœnitentia est secúdæ vitæ côuentio ad deum. Pœnitens est humilitatis emptor. Pœnitentia est corporeæ côsolationis perpetua, & iugis repudiatio. Pœnitentia est seipsam semper condemnãs cogitatio, secura'q; cuiusq; sui cura. Pœnitentia est spei filia, infidelitatis'q; & desperationis abnegatio. Pœnitens est reus côfusiõe liber. Pœnitentia est recôciliatio domini per bona opera peccatis repugnantia. Pœnitentia est côscientię emundatio. Pœnitentia est voluntaria earum rerum omnium, quę affligunt, tolleratio. Pœnitens est cruciatuum sibi semper opifex. Pœnitentia est valida veneris afflictio, animæ'q; in sensu firmissimo iugis reprehensio. Concurrite, & accedite: venite: audite: & narrabo vobis omnes, qui deum irritastis. Congregamini: & videte quãta ad ædificationem ostendit deus animę meæ. pręferamus ordine, atq; honore eorũ narrationem: qui per ignominiam serui, atq; operarii venerabiles sunt. Audiamus: obseruemus: faciamus: qcúq; pręter spem ruinam vllam passi sumus. Surgite: & sedete

& sedete,qui per ruinam scelerũ iacetis. Attendite fratres mei verba mea:inclinate aurẽ vestram,qui deum rursus vobis ipsis per veram conuersionem recõciliare cupitis. Cum audissem ego imbecillus,magnum quẽdam esse,& peregrinum statum: atq; humilitatẽ eorũ, qui separatum illud monasteriũ, quod carcer appellatur,incolebãt: quod'q; illi luminari luminarium,de quo ante mentionẽ fecimus: adiacebat:obsecraui iustum illũ:vt me illuc visendi gratia perduci faceret. cessit precibus meis summus vir, nolẽs animam meam in vllo omnino contristari. Cũ igitur peruenissem ad pœnitentium monasteriũ: imo vero ad regionem lugentiũ: vidi re vera (si dicere id audeã) quę negligens oculus non vidit:auris'q; desidiosi non audiuit: & in cor pigri hominis nõ ascenderunt res,& verba,quę deo vim inferre possent:habitus,& studia, quę ipsius clementiam celerrime flecterent.quosdã enim ex reis illis vidi noctibus totis vsq; mane sub diuo stare peruigiles:pedes'q; imobiles tenere,cũ'q; somno miserabiliter depressi agitarentur:vim naturę inferre: nullam'q; sibiipsis requiem omnino idulgere:sed seipsos icrepare, ignominiis'q; & cõtumeliis afficere:atq; excitare alios miserabiliter in cœlum intuentes:& illinc adiutorium cum gemitu, & suspiriis, & vocibus inuocantes. Alios in oratione adsistentes: ac

reorum.

reorum in morē vinctis post terga manibus humi luridas facies suas inclinantes: indignos'q; se, qui in cœlum adspicerent, vociferantes: nec quicquam ad deum orando dicere præ cogitationum & conscientiæ hæsitatione præsumētes: neq; quomodo, vel vnde orationem facerent, inuenientes: solam'q; animā tacitam, mutam'q; mentē deo offerētes, tenebris ac desperatione plenā: nonnullo in pauimento, strato cinere & cilicio sedentes: ac faciē genibus operientes: frontēq; in terra collidētes: alios iugiter pectora tundentes: animāq; suā, ac vitam suspirio ingenti reuocātes. ex his alii quidem pauimentū madefaciebant lacrimis: alii, vero quod lacrimarū imbres non haberēt, seipsos miserabiliter lamentabantur. plurimi (vt fieri in mortuis solet) super animabus suis vlulatum diræ vocis emittebant, angustiā cordis ferre non valentes. alii ex intimo corde rugiebant: atq; intra os gemitus sonum cohibebant: interdum vero, cū se continere non possent: repente exclamabant. Vidi ego illic nōnullos habitu, cogitatione, & actu, quasi a se metipsis excessissent: ac stuporē mentis incurrissent: veluti ęneos quosdā summo ex mœrore effectos, ac totos tenebris obsitos, & ad omnia vitæ huius veluti īsensibiles factos. mentem quippe iam in humilitatis abysso demerserant: ac mœroris igne oculorū lacrimas frixerant.

xerant. Alios item mœstos sedere, atq; in terrã fixis obtutibus stare perspexi: caput'q; assidue mouere, ac leonum in moré ex imo corde rugitum ac gemitum emittere. Ex his alii pleni spe, remissionem omnimodã inquirẽtes, orabant: alii ex ineffabili humilitate idignos sese remissione iudicabant: nec omnino posse deo rationem reddere clamabant. quidã hic excruciari, vt illic misericordiã cõsequerentur a do mino: supplices poscebant. pleriq; ex cõsciẽtiæ onere attriti ac depressi, satis sibi esse ex intimis dicebant: si vel suppliciis eximerẽtur: regno'q; nõ potirentur. Vidi illic animas humiles contritas, & pro graui pondere incuruatas, ac deiectas: quę vocibus illis suis ad deũ emissis, lapides quoq; ipsos ad cõpunctionis sensum emollire potuissent. Ita enim defixis in terram luminibus aiebant. Nouimus sane nouimus, omnibus iã pœnis atq; cruciatibus nos esse dignissimos: & merito quidem. neq; enim idonei iam sumus, qui pro debitorũ nostrorũ multitudine satisfacere possimus: etiam si orbem vniuersum, vt pro nobis lugeat, cõuocauerimus. Illud solum oramus: illud deprecamur: id tota animi intentione supplicamus: ne in furore tuo arguas nos: neq; in ira tua corripias nos: neq; iustissimi iudicii tui legibus excrucies nos: sed parcius, atq; misericordius. Satis enim nobis est, ingẽti illa tua ac terribili

cõminatione,

cōminatione, suppliciis'q; illis occultis ignotis, atq; inauditis liberari. Neq; enim vt pœnis omnino liberemur, petere audemus: qua enim facie, quo animo id audeamus? qui professionem nostrā violauimus: eam'q; post priorem, clementissimam'q; remissionē sordidauimus? Illic pfecto o dulcissimi amici, illic verba Dauid rebus ipsis cerneretis impleta: ærūnis affectos homines, atq; vsq; ad finem vitæ incuruatos: totis'q; diebus mœstos incedentes: & ex putrefactis icti corporis partibus fœtorē exhalantes: qui quod sine vlla carnis cura degerēt, obliuiscebantur comedere panem suū: potū'q; aquæ cum gemitu miscebant: & cinerem cum pane manducabant. adhæserant illorꝫ ossa carni: ipsi'q; vt fœnum exaruerāt. Nec quicquam apud illos audiuisses: nisi hęc verba. Ve ve: me miserū: me miserū: iuste iuste: parce parce domine: nōnulli miserere miserere dicebant. Alii vero rursus miserabilius clamabant. ignosce ignosce, si possibile est, domine. Vidisses ī illis æstuantes linguas instar canum ex ore procedentes. ex his alii sub ardentissimo solis æstu seipsos cruciabant. alii cōtra acerrimo frigore se affligebant. quidā modicum aquę gustantes, ne omnino siti exarescerēt: ita quiescebāt. nōnulli, cum panis exiguum quid accepissent: reliquum manu longius proiiciebāt: indignos se, qui rationabili cibo vescerentur, asserentes:

quippe qui rationabiliter egissent. Quē apud illos locum risus habere poterat? quem ocio-sus sermo? quem iracundia? quem furor? Nec esse quidem in hominibus iracundiā sciebant: adeo luctus furorem omnem penitus extinxerat. Vbi apud illos cōtradictio? vbi festiuitas? vbi confidentia? vbi corporis obsequiū, & cura? vbi vel vestigium inanis gloriæ? vbi delitiarum expectatio? vbi vel tenuis vini cogitatio? vbi pomorum degustatio? vbi feruentis ollę solatiū? vbi gulę vlla illecebra? Horum enim omnium apud illos spes nulla erat. Num vero terrenæ cuiusquā rei cura angebātur? num iudicare vllum omnino hominum didicerant? nihil horum penitus in illis inuenisses. Cęterū' iugiter ad dominū clamabant: sola'q; orationis vox audiebatur. Alii enī pectus valide manibus cędentes, quasi iam ad ipsam adstarent cœli ianuā: ad dominū dicebant. Aperi nobis iudex ianuam: aperi nobis: ex quo illā nobis ipsi per peccatum clausimus. Clamabat alius. Ostende faciem tuā tantum: & salui erimus. Alius ecōtra. Appare iis, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent: humilibus tuis. Alius rursus. Cito anticipēt nos misericordiæ tuæ: quia periuimus: quia desperauimus: quia nimium defecimus. Nonnulli autem aiebant. Putas' ne apparebit dominus vltra super nos? Alii vero. Num pertransibit anima nostra debitū intollerabile?

tollerabile? Alii. Putas ne adiiciet dominus vltra consolari in nobis? Putas illũ audiemus dicentẽ nobis, qui sumus in vinculis insolubilibus: exite: & qui in inferno pœnitentię sedemus: relaxamini? putas ne clamor noster ad aures domini ingressus est? Cuncti vero sedebant semper ante oculos suos, mortẽ attendẽtes, ac dicẽtes. Quid putatis cõtinget? quænam erit illa sententia? quis finis noster? putas erit reuocatio? Num superest vlla spes veniæ mœstis, humilibus, reis? num valuit oratio nostra ingredi ante cõspectum domini? aut merito repudiata est, abiecta, atq; cõfusa? Aut si forte intrauit: quãtum peregit? quãtum placauit deum? quãtum profecit? quãtum operata est? Emissa quippe ex ĩmundis corporibus, & labiis parum viriũ habere potuit. Putas omnino reconciliauit iudicẽ? an ex parte? An vulnerũ vel medietas deleta est? quippe maxima cum sint: plurimis & laboribus, & sudoribus, & doloribus indigent. Putas appropinquauerũt nobis angeli custodes nostri? an adhuc lõgius a nobis stãt? nisi enim illi appropiẽt nobis: inutilis, & infructuosus est omnis labor noster: neq; enim habet vim cõfidentię oratio nostra, neq; munditiæ pennas: vt ingredi ad Deum possit: nisi hãc e proximo assumãt angeli, qui nobis præsunt: eãq; offerant domino. Nonnũquam vero hæsitãtes huiusmodi adinuicẽ dicebant.

num fratres aliquid perficimus? num petitiõe nostra potiemur? num iterũ suscipit? num aperit? Alii vero ad ista respondebát. Quis nouit (vt dixerũt Niniuitę) fratres nostri, si forte pœniteat deum: atq; ab ingenti illa pœna nos liberet. nos tamen quod nostri muneris est, nõ negligamus. Et siqdẽ ille aperuerit: bene est. sin vero alias: benedictus dominus: qui iuste exclusit nos. Verũtamen perseueremus pulsantes vsq; ad finem vitæ nostræ. forsitan improbitatis nostræ, ac perseuerãtiæ cedens, aperiet. benignus quippe ac misericors est. His, atq; huiusmodi seipsos exhortátes, atq; excitátes aiebant. Curramus fratres curramus. cursu enim opus est, & vehemẽti cursu: quoniã cœtu nostro decoro, atq; optimo excidimus. Curramus: neq; carni huic nostræ sordidæ, & nequã parcamus fratres: sed occidamus illã: sicut ꝑus occidit nos. Sic beati illi rei faciebát. Genua in illis ex perpetuo orationis vsu obcalluerant. Oculi defecti, & defatigati intus profunde recesserant, pilis omnibus amissis ciliorũ. Genæ ardentium feruore lacrimarũ adustę videbantur. Facies marcescẽtes, ac pallidę squalebant: nihil'q; a mortuis in cõparatione differebant. pectora tunsionũ ictibus dolebant. saliuæ'q; sanguinis ex pectoris illisionibus emittebantur. vbi lecti vsus? vbi indumẽti mũditia, & firmitas? Omnia ibi discissa erát, & sordida, ac pędiculis

diculis operta. Quid autē est eorum, qui à dęmonibus arripiuntur: si illis conferatur afflictio? Quid mortuos plangētium amaritudo? quid mœror in exilio degētiū? quid parricidii reorum pœna? Nihil sane est illorū cruciatus, suppliciumque quod inuiti afficiuntur: si voluntariæ istorum pœnæ cōferatur. Sed quęso fratres ne ea, quæ dicta sunt, fabulas existimetis. Rogabant nōnunquam isti magnū illum iudicē, pastorem dico, inter homines angelū: vt ferrum, ac torques collo, ac manibus imponeret: pedesque patientium cōstringeret ligno: nec eos inde prius solueret, quā sepulchrū succederet. immo vero nec sepulchrū quidē. Neque enim profectò hanc quoque beatorum illorum re vera miserabilem ad Deum charitatē, atque pœnitentiā abscondam. Quoties ad dominū profecturi, & incorrupto tribunali iudicis sistendi erāt felices illi regionis pœnitentiū ciues: hoc per eū, qui sibi pręerat, adiurātes ab magno illo summis precibus petebāt: ne sepultura humana dignarentur: sed brutorum instar, aut fluuialibus vadis traderētur: aut in campū proiecti bestiis deuorandi permitterētur. quod etiā nonnunquam fecit illorum precibus obtēperans discretionis lucerna, iubens omni illos psalmodia, omnique honore priuatos proici. Cū vero extrema illorum hora aduenisset: terribile omnino, miserandūque spectaculū cerneres. nam cum

eum,qui se pręcedebat,efflare iam animã sen-
sissent:socii sensu adhuc integro vigẽte circũ-
stabant illũ:siti'q; æstuantes,& lugẽtes,ac de-
siderio pleni,miserabili omnino habitu,mœ-
stiore'q; sermone capita sua cõmouẽtes,efflan
tem iam animã interrogabãt: misericordia'q;
flagrantes aiebãt ad illũ.Quid est frater? quo-
nãmodo tecum agitur? quid dicis? quid spe-
ras? qd suspicaris? Perfecistin ex labore tuo,
quod quęrebas? aut nõ valuisti? peruenisti? aut
potitus nõdum spe tua es? Accepisti certã ali-
quam fiduciã? an adhuc in certa spe fluctuas?
Consecutus es libertatem? an agitatur, ambi-
git'q; cogitatio? Sensisti aliquam in corde tuo
lucem? an tenebris adhuc,& ignominiæ cõfu-
sione plenum est? Vlla'ne tibi vox intrinsecus
facta est,dicẽs:Ecce sanus effectus es:aut dimit
tuntur tibi peccata:aut fides tua te saluũ fecit?
Illam'ne tibi adhuc vocẽ audire videris: qua
dicitur:Conuertãtur peccatores in infernũ: &
ligatis eius manibus,& pedibus mittite illũ in
tenebras:& tollatur impius:ne videat gloriam
dei? Quid ais frater? Dic nobis oramus: vt
& nos scire possimus: quidnam illic nos ma-
neat. Tuum quippe tempus iam clausum est:
aliud'q; de cætero in æternũ non inuenies. Ad
hæc alii quidem dormientiũ, Benedictus do-
minus,aiebãt: qui nõ dedit nos in captionem
dentibus eoꝝ. Alii vero illud gementes, dice-
bant.

bant. Forsitan pertransibit anima nostra aquã spirituũ aëris intollerabilẽ: quod nondũ confidentes aiebant: sed cõsiderantes quã m sit pauendum illud terribile, incertum'q; iudicium.
Alii vero etiã mœstius quiddã respondebant: atq; dicebant. ve animę illi, quæ nõ seruauit professionem suã integram & ĩmaculatam. hac enim hora tantũ sciet quid illi præparatũ sit. Quæ ego omnia cũ apud illos audissem: & vidissem; parũ abfuit quin desperatione absorberer: cum meã intuerer mollitiem, & negligentiã: eam'q; sanctorũ illorũ afflictioni compararem. Quęnam vero, qualis'q; erat eius loci facies, & habitatio? Tota tenebrosa erat, informis, fœtida, sordida, squalida. Carcer enim & cõdemnatio rectissime appellabatur. Ipsa deniq; vel sola loci cõtemplatio perfectę pœnitentiæ ac luctus magistra erat. Sed enim ea, quę aliis difficilia, atq; impossibilia videntur: eis, qui virtute, spiritalibus'q; diuitiis se excidisse meminerunt: grata sunt, & amabilia: fit'q; eorũ perfacilis assumptio. Anima enim, quæ priori cõfidentia priuata spe cõsequendæ beatæ tranquillitatis excidit: sigillũq; castitatis aperuit: diuitiis'q; gratiarũ spoliata, & diuina cõsolatione destituta est: pactũq;, & placitũ domini violauit: extinxit'q; iam in se decorũ lacrimarũ ignem. Quoties horũ memoria tangitur: quæ per suã negligẽtiam se amisisse retinet:

tinet: acerrimo dolore cōpuncta, & vulnerata, non solum quos prędiximus labores cum omni studio & alacritate suscipit: verū seipsam quoq; pie mactare per exercitationis magnitudinem cōtendit: si tamen in illa charitatis, ac timoris domini fauilla vlla derelicta est. Huiusmodi profectò erāt beati illi. Hæc enim secum in animo voluētes, virtutis'q; qua exciderant, altitudinem cōsiderantes; Memorati sumus aiebant, dierum antiquorū, igniti'q; illius studii nostri. Alii ad dominum clamabant. Vbi sunt misericordię tuæ antiquæ domine: quas ostendisti animę nostræ in veritate tua? Memor esto obprobrii, & laboris seruorū tuorum. Alius vero, Quis me, aiebat, ponat secundum mensem dierum meorū priorū: in quibus me custodiebat deus: quando lucebat lucerna lucis eius super caput cordis mei? Sic'q; priores omnes virtutes suas memorabant: atq; ista infantiū more plorantes dicebāt. Vbinam est orationis puritas? vbi huius certissima fiducia? vbi dulces lacrimæ? in amaritudinē ecce versæ sunt. Vbi integerrimæ munditiæ & castitatis spes? vbi beatissimę ac placidissimę quietis expectatio? vbi syncera ad pastorē fides? vbi orationis illius in nobis efficacia, & virtus? perierunt ista omnia: &, quasi nunquā visa sint, defecerūt: vt'q; nunquā fuerint, ita deleta sunt, & perdita. Ista cū gemitu, & lamentatione profe

quentes,

queñtes, ita demũ alii, vt a dęmonio arriperentur, orabant. alii vt morbũ inciderẽt, precibus a domino poscebant. plurimi oculos amittere: miserandum'q; omnibus spectaculum fieri optabant. nõnulli mẽdici fieri, & langore corporis contrahi, solũ ne futura supplicia experiri cogerẽtur: cupiebant. Ego autẽ o amici nescio quo pacto diutius inter lugentes obuersatus sum: toto'q; animo in illorũ admiratione suspensus, meipsum continere non potui. Sed vt ad id, vnde aberrauerat, oratio redeat: cũ triginta dies in custodia illa perseuerassem: impatiens in maius illud cœnobiũ ad magnum patrem reuersus sum: qui vt me aspexit ĩmutata facie: totũq; veluti attonitum: agnouit sapientissimus ĩmutatiõis causam: & ait ad me. Quid est pater Ioãnes? vidisti'ne laborantiũ certamina? Ad quem ego, vidi, inquã, pater, vidi: & admiratus sum: feliciores'q; existimaui, qui post lapsum ita lugent: quã qui nunquã lapsi sunt: & seipsos non sic deflent. Illis enim ruina sua causa fuit beatissimę, ac tutissimæ resurrectionis. Tum ille sic, inquit, est: ac protinus adiecit veracissima illius lingua. Erat hic ante decem annos frater quidã nimium solicitus, atq; studiosus: talis'q; operarius: vt, cũ ego illum cernerem ita spiritu feruentẽ: tremere cœperim: illi'q; a diaboli inuidia nimiũ metuere: ne forte, dum vehementius currit: offenderet ad la-

pidem

pidem pedē suum. quod fere eis euenire solet: qui celerius vadunt. quod & factū est. tum vero profundo vespere regreditur ad me: nudat vulnus: quęrit emplastrū: petit cauterium: perturbatur vehementius. Cum vero medicū aspiceret, se vti durius nolentē: (erat enim miseratione dignus) proiecit se in pauimentū: apprehendit pedes: multisq́ illos lacrimis vbertim rigans petiit, se ad eam, quā vidisti, custodiam damnari: impossibile esse clamans, se illuc nō proficisci. Quid multa? Egit vi sua, vt clemētiā medici in duritiā verteretur, quod in languentibus perrarum est, atq́ omnino mirabile. Aduolat ocyus ad pœnitentes: additurq́ illis socius ad luctum, promptusq́ mœroris particeps. igitur doloris gladio percussus in corde, quem diuina charitas acuerat: octauo postquā eo peruenerat die, migrat ad dominum: id petens: ne sepultura frueretur. Quem ego vt sane dignissimum & huc retuli: & in patrum sepulchro sepeliui. Idcirco & post seruitutis septima octaua die liber euasit. Nec defuit, qui id certissime agnosceret: nō illum ante à vilibus & sordidis pedibus meis exsurrexisse: quā sibi deus propitius ignosceret. Nec mirum sane. Sumpta enim in corde illius meretricis fide, eadem & ipse spe & cōfidentia lacrimis pedes meos inutiles rigauit. Omnia vero possibilia esse credenti dominus pędixit. Vidi impuras

animas

animas corporum amoribus ad insaniam vsq; feruientes, quæ ex amoris experimēto sumpta occasione pœnitentię, eundē amorem transtulerunt ad dominum: omni'q; protinus timore reiecto, in Dei charitatē inexplebiliter amplectendam incitati sunt. quocirca pudicæ illi meretrici non dicit, quia timuit: sed quia dilexit multum: potuit'q; facile amore amorē repellere. Non autē ignoro o'admirabiles viri, fore vt ista quibusdam videantur incredibilia: aliis vero ad credendum difficilia: nonnullis etiam desperationem parientia, quæ modo enarraui beatissimorum illorum certamina. porro' vir fortis ex iis stimulum magis, igneum'q; iaculum sumpsit: zeli'q; cōceptum feruorē in corde ferens abiit. Atqui illo alacritate minor est cognita imbecillitate sua: atq; ex hac cognitione, & reprehensione sui facile humilitatē possidens, post primū cucurrit: nescio an & apprehenderit. Vir autem negligens ista, quæ dicta sunt, ne audiat quidē: ne forte & id modicum, quod interim operatur, omnino desperás dissipet: compleatur'q; in illo, quod dominus dicit. Ab eo autem, qui nō habet alacritatem: & ipsum, quod habet, auferetur ab eo. Fieri non potest vt qui in lacum cecidimus iniquitatū: inde vnquā emergamus nisi nos in abyssum humilitatis pœnitentium deiiciamus. Alia est tristis mœrentium humilitas: alia adhuc peccantium

cantium conſcientię reprehenſio: & alia,quæ perfectis per dei operationé prouenit diues ac lætifica humilitas. Ne quæſo hanc tertiã verbis inuenire ſtudeamus. alioquin inaniter curremus.Secũdę vero ſignũ eſt ignominiæ perfecta tolleratio .lugenti quoq; nõnunquã præcedens conſuetudo violente dominatur. Nec mirum.Iudicioꝝ,atq; ruinarum ratio obſcura eſt , atq; tenebroſa : nulla'q; hanc anima facile animaduertit. Difficillime enim cõprehendi, ac diſcerni poteſt quænam nobis per noſtram negligentiam,quęnã per diuinam derelictionem,qua nonnunquã deus humanam animã prouidentiſſima diſpenſatione deſerit: quęnã per auerſionem dei nobis ruinæ contingant. Verum illud mihi quidã aſſeuerauit: eas,quæ per diuinã prouidentiã contingunt:celeri conuerſione ſolere aboleri . Neq; enim permittit nos deus illis diutius teneri : qbus noſtri profectus gratia traditi ad tẽpus ſumus.Quicunq; lapſi ſumus:ante omnia ſpiritui mœroris reſiſtamus.Ipſe enim orationis tempore aſſiſtens, prioris'q; cõfidentię nos admonens,orationẽ noſtrã impedire nititur.Noli turbari:ſi quotidie laberis:atq; reſilias . ſed ſta viriliter. prorſus enim reuerebitur tollerantiã tuam cuſtos tuus angelus . Dum adhuc recens, atq; in ſanguine eſt vulnus: facile curari ſolet: nam quæ diuturna , & neglecta, atq; obducta vetuſtate

ſunt:

sunt difficillime sanantur: ingenti'q; labore, & ferro, & cauterio, & igne visibili, vt curari pos/sint, indigent. Plurima sunt, quæ tempore fiũt insanabilia. Deo tamen omnia sunt possibilia. Antequã corruamus, clementẽ esse deum dæ/mones suggerunt: post ruinã vero durum, & imitem dicunt. Noli ei credere: qui post gra/uiorẽ lapsum in minimis defectibus dicit in/gemiscenti. Vtinam id non fecisses. nam istud quidẽ nihil est. Sępe enim parua munera in/gentem iudicis iram mitigarunt. Qui re vera reatus sui pœnas dat: is omnẽ diem, quo non luget: se amisisse arbitratur: etiã siqua fortassis bona alia in illo fecerit. Nullus eorũ, qui se pœ nitentiæ lamentis atterũt: in exitu securus fieri expectet. nam quod incertũ est: id satis firmũ non est. Dimitte mihi per certã securitatem vt refrigerer, antequã hinc incertus abeam. Vbi spiritus domini: ibi nexus soluti sunt. itidẽq; vbi humilitas profunda, & inuiolabilis. Nam qui sine his duobus hinc proficiscuntur: nõ se fallant: vincti sunt. Qui sęculo seruiũt soli, hu/iusmodi certis securitatibus, & maxime prio/re alieni sunt. Nõnulli tamen per elemosynã, & pietatis opera currentes, lucrũ suum in exitu cognoscunt. qui seipsum pœnitentiæ lamẽtis afficit: alterius lamentũ, aut casum, aut queri/moniã non facile agnoscet. Canis, si a fera vlla mordeatur: aduersus ipsam vehemẽtius accen

sus

ſus animatur, ex dolore vulneris incōparabili ferocia inſaniens. Caueamus ne forte non ex munditia, ſed ex falſa cōfidentia ſeipſam conſcientia deſiſtat reprehendere. Id erit ſolutiōis delictoꝝ certiſſimū inditium: ſi ſemper quiſq; debitorē ſe exiſtimet. Nihil dei miſerationibus ęquale, aut maius eſt: atq; ideo qui deſperat: ſibiipſi mortem cōſciuit. Signum item diligentis, atq; accuratę pœnitentiæ eſt: ſi omnibus cōtingentibus viſibilibus, inuiſibilibus'q; tribulationibus, atq; etiā pluribus dignos nos eſſe conſtanter teneamus. Moſes, cū deum vidiſſet in rubo: rurſus in Aegyptū: ideſt ad ſæculi tenebras ad faciendos lateres intellectualis fortaſſe Pharaonis rediit. Verum inde rurſus ad rubū, imo vero ad montē dei protinus regreditur. Qui intelligit qd ſibi hęc velit ſpeculatio: nunquā omnino deſpabit. Magnus ille Iob ex diuite pauper effectus eſt: ſed rurſus illi opes duplicatę ſunt. In iis, qui negligentiores ſunt: grauis omnino poſt vocationē ruina eſt: quę ſpem cōſequendæ placidiſſimæ tranquillitatis obtundit: beatū'q;, & maxime optabile exiſtimare perſuadet poſſe omnino vel ex hac fouea reſurgere. Attende quæſo diligentius, attende: neq; enim penitus per quā viam aberrauimus, per eandem reuertimur: ſed per aliam longe breuiorē. Vidi duos eodē modo, eodem'q; tempore currentes: ex quibus vnus

erat

erat senior, laboribus excellens: alius discipulus: atq; is sene celerius cucurrit: prior'q; igressus est in humilitatis monumentū. Caueamus omnes: sed in primis qui cecidimus: ne impii Origenis morbo cor nostrum ægrotare incipiat. Is enim scelestus doctrinæ morbus, cum nimiam dei clementiā præferat: voluptatum amatoribus maxime acceptus esse consueuit.

In meditatione mea, imò vero in pœnitentia mea exardescet orationis ignis omnē adurens materiam. Finis tibi, & forma, & exēplar, & imago ad pœnitentiam sint sancti illi rei: quos pauloante memorauimus: atq; ita in omni vita tua libris omnino opus non habebis: donec tibi illucescat CHRISTVS dei filius, & deus in resurrectione studiosæ & accuratæ pœnitentiæ. Amen.

DE MEMORIA MORTIS Gꝛ VI

OMNE verbum præcedit cogitatio: mortis autē, & scelerū memoria fletum præcedit, & luctū. quocirca & in hoc opusculo in suo ordine ponūtur. Memoria mortis est quotidiana mors. Memoria vero exitus, iugis p horas singulas gemitus. Formido mortis naturæ est proprietas: quam intulit inobedientiæ peccatum. Tremor autem mortis peccatoꝝ, quæ nulla pœnitentia deleuerit,

uerit,certū argumentū est. Formidat CHRISTVS, non tremit mortem: vt duarū naturarum proprietates apertissime ostendat. Sicut cibis omnibus panis vtilior est,& magis necessarius: ita prestat omnibus operibus mortis cogitatio. Memoria mortis iis quidē, qui fratrū in medio versantur: labores, & exercitationes parit: imo vero ignominiæ dulcem appetitū. eis vero, qui in solitudine ab omni tumultu remoti degunt: deponere curas omnes psuadet: & orationi perpetuę insistere: mentem'q; diligentissime seruare. quę sane virtutes omnes huius & matres sunt,& filię. Sicut stannum, si argento propius admoueatur: quantūlibet simillimum aspectu sit: manifestissime agnoscitur: ita & iis, qui discernere nouerunt: aperta atq; manifesta est naturalis, & ea, quæ præter naturam est, exitus formido. Id autem verissimum eorū, qui toto corde mortis meminerūt: argumentum est: si spōte totius creaturæ affectionem abnegent: voluntatem'q; propriā omnino derelinquant. Probatus ille quidem est: qui mortē diebus singulis expectat. sed ille sane sanctus: qui hāc horis singulis desiderat. Non omne mortis desiderium probabile, aut bonū est. Sunt enim qui iugiter consuetudinis violentia adacti peccant: mortem'q; cū humilitate optāt. Sunt item, qui pœnitere nolunt: & eam ex desperatione aduocāt. Et sunt, qui per

operationem sancti spiritus suũ e corpore excessum quęrũt. Hęsitant nõnulli religiosi viri: cuius rei gratia,cum tantum nobis beneficii & emolumenti conferat mortis memoria: ipsius pręcognitionem a nobis abscõderit deus? nõ aduertentes quã mirabiliter salutem nostrã deus moliatur. Nemo enim, si pręscisset mortem suam: ad baptisma, siue ad monasticã vitã protinus accederet: sed omnes dies suos in iniquitatibus cõterens, ad ipsum iam exitum suum ad baptismũ,& ad pœnitentiam se conferre festinaret. sed cum per longam temporis morã vitiis iam esset assuetus: migrasset vtiq; sine vllo cõmendationis fructu. Caue qui luges: ne vnquã canem illum suscipias: qui misericordẽ nimis deum tibi pollicetur. agit enim hoc: vt abs te interim luctũ, ac securissimũ expellat metum. Tunc vero solũ clemẽtiam eius tibi pollicere: cũ te desperatione absorberi videris. Qui mortis, diuini'q; iudicii memoriam semper in seipso cõtinere cupit: curis'q; sęcularibus distrahendũ se exponit: is ei similis est, qui, dum natat, plaudere manibus ambabus vult. Memoria mortis valida & efficax ciborũ abscidit appetitum: quibus per humilitatẽ abscisis, passiones simul excidũtur. Cordis indolentia excęcauit animũ: ciboꝝ autem multitudo exsiccauit fontes. Sitis, & vigilię attriuerunt cor: attrito autem corde exilierunt aquę.

Dura gulæ deditis quæ diximus videntur: & negligentibus incredibilia. Porro' vir exercitus tentabit alacriter: & cũ periculum fecerit: subridebit in iis. qui vero adhuc ĩquirit: mœstior abibit. Sicuti perfectã charitatem sine lapsu esse, patrum authoritas definit: ita & ego perfectum mortis sensum sine timore esse denuntio. Plurimę quidẽ sunt actiuę mẽtis operationes: puta intentio charitatis ad Deũ, memoria Dei, memoria regni, memoria ipsius prę sentis dei, secundum illius verba, qui dixit: Prouidebam dominũ in conspectu meo semper: memoria sanctarũ intellectualium'q; virtutum, memoria exitus, occursus, sententiæ cruciatus. A magnis quidẽ cœpimus: in iis vero, quę præter lapsum sunt, desiuimus. Monachus quidam Aegyptius mihi aliquando narrauit: quod cum in intimo corde mortis memoriã penitus fixisset: vellet'q; aliquando necessitate vrgente carnis huius luto solatii quiddam indulgere: ab huiusmodi memoria, veluti a' quodam iudice prohibitus sit: quod'q; mirabilius est: cum vehementer vellet hanc memoriã repellere a' se: nõ potuerit. Alius quidam hic iuxta cõmanens loco, qui Tholas dicitur: ex huiusmodi sępe cogitatione repente obstupescebat: ac animo deficiens, veluti insensibilis fiebat: repertus'q; a fratribus, nõnunquam ab eis, vt qui fere' efflasset animam, baiulabatur.

Exempla mortis.

Non

Non omittã etiã solitarii illius,qui in Choreb habitabat: referre historiam. Hic,cum diutius negligentissime vixisset: nullam'q; animę suæ curam penitus haberet: morbo tandē compre hensus, ad extrema deductus est. Cum'q; iam perfecte corpore migrasset:post vnam horam in seipsum rediit:orauit'q; nos omnes:vt inde protinus abscederemus:& cellulę aditu lapidi bus obstructo,permansit intus annos.xii.nulli omnino quicquã loquens:nec aliud quicquã, pręter panem & aquã degustans. Sedens autē ea tãtum,quę in excessu viderat,attonitus vol uebat:atq; adeo fixo in iis semper erat cogita tu:vt nunquã iam vultũ ĩmutaret: sed semper sic attonitus perdurans,vim lacrimaꝶ feruen tium tacitus profunderet. Cum vero iã morti esset proximus: rupto,ac patefacto aditu ĩgressi sumus. Cum'q; ab illo doctrinę verbũ suppli ces inquireremus: hoc ab illo tantũmodo au diuimus. Ignoscite mihi. Nemo, qui re vera mortis memoriam agnouerit: peccare vnquã poterit. Nos vero nimiũ mirati sumus, intuen tes eum,qui pridie ita negligens fuisset: repēte mutatum: ac beatissima trãsformatione alteꝶ effectum. Illo igitur in proximo cimiterio se pulto, cum post dies aliquot sacras illius reli quias requireremus: non inuenimus: domino in hoc quoq; nos certiores faciente solicitæ illius,& accuratę laudabilis'q; pœnitētiæ: atq;

omnibus fiduciam prestãte, qui etiã post summam vitę negligentiã seipsos emendare volunt. Sicuti abyssum quidam infinitã esse definiunt: (locum enim sine fundo eam vocãt) ita & mortis intenta cogitatio ineffabilẽ & incorruptam castitatẽ, atq; operationẽ parit. quod firmatur facto eius, quem modo memorauimus. Iusti huiusmodi sane timorẽ timori iugiter adiiciunt: nec vnquã desinunt, quoad ipsa quoq; ossium virtus cõsumatur. Et hoc autem cum bonis eius reliquis donum dei esse nobis ipsis persuadeamus: quod ad ipsa quoq; monumẽta nõnunquã proficiscẽtes, duri quodãmodo, ac sine lacrimis persistimus. Cum vero ab huiusmodi spectaculo remoti sumus: sæpius cõpungimur. Qui ad omnia mortuus est: is mortis memoriam tenuit. qui vero adhuc ad aliquid afficitur: hic vacare sibiipsi non poterit, suis se insidiis adpetens. Ne velis verbis omnes certiores facere tuæ ad illos dilectionis: sed a Deo postula, vt hãc illis secretius reuelet. alias nõ sufficiet tempus, vt illud affectibus & compunctioni impartiri possis. Noli falli stulte operarie: vt tempore tẽpus reparari putes. Neq; enim sufficit dies quæq; vel suum ipsius debitum domino integre persoluere. Non est (ait quidam) nõ est præsentem diẽ pie pertransire: nisi hãc esse vltimã totius vitę nostræ existimemus: & quod sit mirabilius ne-

cesse est

cesse est: gentiles quidam tale aliquid locuti sunt. Nam & summam philosophiam mortis meditationem esse definiunt.

DE LVCTV GAVDII OPIFICE Gr. VII

LVCTVS secũdum Deum est mœror animę afflicti cordis affectus semper id, quod sitit, ardentissime inquirens: quo nisi potiatur: summo id cum labore persequitur: atq; post ipsum anxie mœrẽs vlulat. Vel ita. Luctus est stimulus aureus animi omni affixione & affectiõe nudatus, atq; ad seruandum cor a sancta tristitia ĩmobiliter fixus. Compunctio est iugis cõscientię excruciatio: quæ per intellectualem confessionẽ igni cordis refrigerium molitur. Confessio est obliuio naturę. siquidem ex hoc oblitus est quidam comedere panem suũ. Pœnitentia est voluntaria & lęta totius corporeę consolationis repudiatio. Proprium illorum est, qui in beato luctu proficiunt: cõtinentia, labiorum'q; silentium. eorum vero, qui iam profecerunt: nõ irasci: iniurias'q; omnino obliuisci. eorum vero, qui perfecti sunt, & cõsumati: profunda animi humilitas, ignominię sitis, vexationum'q; inuitis aduenientium spontanea esuries, peccantium nõ condẽnatio: sed vltra vires miseratio. Su-

ſcipiendi ſunt primi: laudabiles ſecũdi: ſed illi beati: qui eſuriunt afflictionẽ: & ignominiam ſitiunt: quoniam cibo inſatiabili ſaturabũtur.

Qui luctum acquiſiſti: omnibus illũ viribus tene. ſolet enim, niſi firme ſolidetur: auolare, à tumultibus, curiſq́ corporeis ac delitiis fugatus: maxime vero facile à multiloquio, & ſcurrilitate diſſoluitur, non ſecus quã ab igne cera. Maior ac potentior baptiſmate poſt baptiſma (& ſi audax dictu id videatur) fons lacrimatum eſt. Illud enim pręcedentia noſtra delicta purgauit: iſtud vero poſteriora. Atq; illud quidem omnes ab infantia acceptũ inquinauimus: per hoc aũt & illud repurgamus. quod niſi diuino munere datũ eſſet hominibus: rariſſimi omnino qui ſaluarẽtur, inueniri potuiſſent. Mœſtitia, & gemitus ad dominum clamant. timoris autẽ lacrimę legatione funguntur. porro illę, quas ſancta charitas effundit: ſuſceptas, atq; exauditas eſſe preces noſtras indicant nobis. ſicut humilitati nihil ęque cõgruit vt luctus: ita nihil ei ita reluctatur, vt riſus. Continens pro viribus ſanctæ cõpunctionis beatã lætificamq́ triſtitiã retine: neq; in ea operari vllatenus ceſſes, quoad ſublimẽ te, atq; ab humanis contagiis purũ CHRISTO domino ſiſtat. Perſcrutari ne deſinas, atq; in teipſo imprime, abyſſum ſempiterni ignis, crudeles miniſtros, ſeuerũ imitemq́ iudicem nemini tũc

ignoſcentem,

ignoſcẽtem, inferni ignis chaos infinitũ, ſub-
terraneorũ terribilium'q; locorum terrificos de-
ſcẽſus, atq; horum hominum imagines: vt, ſiqua
eſt in anima noſtra luxuriæ laſciuia: ingẽti tre-
more preſſa tranſeat in incorruptam, ac perpe-
tuam caſtitatẽ: & per gratiã luctus igne omni
clarius luceſcat. Sta in orationis prece tremẽs:
nec aliter quã reus iudici aſſiſtens: vt & interio
ri & exteriori habitu furorem iuſti iudicis cõ-
cilies. neq; enim patitur animã viduam deſpi-
cere ſibi anxie adſtantẽ, moleſtias'q; inuiolabi
li patientem. Siquis animæ lacrimas poſſedit:
huic locus oĩs ad luctũ aptiſſimus eſt. quod ſi
ſolis adhuc exterioribus operatur: loca, mo-
res'q; eligere ac diſcernere non deſinat. Sicut
theſaurus occultus eo, qui in foro propoſitus
eſt: & iuiolabilior eſt: & minus fures ſolicitat:
ita & ea, quæ prædiximus, intelligamus. Noli
eis eſſe ſimilis: qui mortuos ſepeliunt: qui nũc
quidem ſuper eis lugent: nunc ipſorum gratia
inebriantur. ſed eſto vt vincti ad metalla dãna
ti: qui horis ſingulis à carnificibus cæduntur.
Is, qui modo luget: modo delitiis, & riſu ſolui
deprehenditur: ei ſimilis eſt, qui canem volu-
ptatis cum pane lapidat: qui hũc quidem per-
ſequi actu videtur: re autẽ ſibi aſſidere horta-
tur. Eſto ſubtriſtis oſtẽtationis inimicus, ac iu-
giter ad cordis tui cuſtodiã attonitus. Metuũt
quippe ſeuerã triſtitiam dæmones, haud ſecus
quàm

quã fures canem. Non est fratres eadẽ nostra, quæ ad nuptias vocatio. prorsus enim vt nos ipsos lugeamus, vocati huc a deo sumus. Quidam, dũ lacrimas profundũt: in illo ipso beato tempore, ne nihil omnino cogitẽt, sibiipsis vim faciunt. Improbe id quidẽ. nõ enim intelligunt: lacrimas absq; cogitatione & intentione animi profusas, brutę, nõ rationabilis naturæ esse proprias. Ex cogitatione lacrimę prodeunt: pater autẽ cogitationis rationalis animus. Cũ in lectulo decubas: sit tibi ipse iacentis habitus figura in sepulchro clausi: minus'q; dormies. Ipsa quoq; mensę delibatio lamẽtandę sortis vermiũ illorũ te admoneat: minus'q; delitias requires. Sed in ipso aquę poculo flãmę illius sitim ne obliuiscaris: atq; ita vim naturæ omnino facies. Quoties pręceptor noster honorifica nos cõtumelia, & terrore, & ignominia affecerit: subeat mentẽ nostram terribilis illa iudicis sententia. sic'q; insitã nobis irrationabilem tristitiã, & amaritudinem mansuetudine & tollerantia, veluti gladio ancipiti omnino iugulabimus. Tempore (vt ait Iob) rarescit mare. sic & tempore & tollerãtia quę dicta sunt, fiunt in nobis: & perficiuntur. Memoria æterni ignis tecum singulis noctibus dormiat: tecum'q; euigilet: nec vnquã psalmodię tempore dominabitur tibi negligentia. Ipsum quoq; indumentũ tuum te ad exercitiũ luctus hortetur.

hortetur. Omnes enim, qui mortuos lugēt: nigris vestibus operiūtur. Si igitur nō luges: propter hoc luge. sin vero luges: propter hoc maxime te lamentis affice: quod ex honorabili, & tranquillo ordine teipsum per tua scelera in humiliorē, & laboriosum deiecisti. Sicut in cæteris omnibus, ita & ī lacrimis quoq; iudex noster optimus atq; æquissimus naturę vires omnino diiudicat. Vidi modicas guttas īstar sangninis cum labore effundi. Vidi item fontes absq; labore profluere. Ego deniq; mœrētium dolorem ac gemitum pluris existimaui, quā lacrimas. puto'q; & deus item. Non sane conuenit lugētibus theologia sermo. nam ex eo maxime solui illorum fletus consueuit. Is enim, qui de theologia desserit: in solio doctoris pompam pręferenti, qui autē luget, in cilicio & sterquilinio sedenti cōparatur. Atq; hoc est (vt reor) quod Dauid maximus interrogantibus respondit: qui profecto & doctor, & sapientissimus fuit. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? idest vitiositatis? Sicuti creatura motum aliquādo ex se gignit: nōnunquā vero aliunde suscipit: ita & de compunctione quoq; sentiēdum est. Quoties anima nihil etiā curantibus vel studiose operantibus nobis in lacrimas ui secretæ cōpunctionis excitata in solo fletu requieuerit: curramus solicite. Dominus enim nō uocatus aduenit:

uenit:spongiam'que diuini mœroris,& refrigerii piarum lacrimarum aquas nobis clemēs porrigit:quibus deleātur scelera chirographi nostri.serua eam vt pupillā oculi tui:donec sponte abeat.Longe enim maior est huiusmodi cōpunctionis vis,quā eius,quā studio nostro,& labore acquisiuimus. Non,qui quādo uult luget,is gratiā luctus adeptus est:sed hic magis: qui in quibus uult, ne is quidem, sed qui sicut deus uult,luget. Nōnunquā ei luctui, qui secūdum deum est,inanis glorię miscētur ingratæ lacrimæ.quod tum fieri pie & prudenter animaduertemus:cum lugere nosmetipsos,& tamen malignari uiderimus.Compunctio proprie est animi dolor omni elatione carens,nec ullam sibi omnino consolationē indulgens, solam'que resolutionē suam horis singulis meditās,consolationem'que dei,qua humiles monachos uisitat,ut aquam frigidam expectans. Quicunque toto cordis sensu luctū possederūt: ii uitam quoque ipsam suam ut laborum plenissimam,lacrimarum'que & dolorum iugiter materiā sibi ministrantem oderunt: corpus'que suum ut inimicum aduersati sunt.Quoties in iis,qui secundum Deum lugere uidentur:superbiā,aut iram deprehenderis:horum scito lacrimas nō ex eis esse,quas compunctio salubris elicit. Quæ enim societas,inquit,luci ad tenebras? Solet adultera cōpunctio elationē gignere. ea uero,

quæ

quæ laudabilis & probata est: consolationem. Sicut ignis stipulam inflāmat, & consumit: ita & castę lacrimę sordes omnes & uisibiles & inuisibiles absumunt. Lacrimarū rationem pleriq; patrū non patere, & esse obstrusissimā, atq; ad inueniēdum difficillimā definiunt: atq; in iis potissimū, qui rudes imbuūtur. Aiunt enim ex multis eas & uariis occasiōibus gigni: puta ex natura: ex deo: ex afflictiōe uitabili, item'q; ex laudabili: ex inani gloria: ex fornicatiōe: ex dilectione: ex mortis memoria: aliis'q; plurimis. Verum his omnibus lacrimarū modis diuino timore discussis, & cognitis, ex iugi nostrę resolutionis memoria mundissimas, & ab omni fraudis suspicione alienas lacrimas nobis cōparare studeamus. Neq; enim est in eis elationis furtiuæ suspicio: sed emundatio magis, profectus'q; charitatis in deum: peccati'q; abolitio: & cādidissima, & ab omni pturbationū strepitu remota, ac felicissima requies. Eos sanè, qui lugent: nonnunquā ab optimis lacrimis inchoasse, & īdeteriores desinere, nec nouum, nec mirū est: sed à cōtrariis, aut etiam naturalibus in spirituales trāsferri lacrimas, & singulare est, & laudibus re uera dignissimū. hoc autē problema manifestius nouerūt, qui circa inanem gloriā proniores sunt. Noli antequā perfecte emunderis, lacrimarū tuarū imbribus credere. neq; enim habet fidem uinū statim è

torcularibus expressum. Omnes quidem lacrimas nostras, quas secundum Deum profundimus: esse nimiũ utiles, nemo est qui refragetur. Quænam uero sit earũ utilitas, in tempore nostræ migrationis agnoscemus. Qui ex iugi luctu in deum proficit: is epulari quotidie, & festa celebrare nõ desinit. qui uero corporaliter epulari non desinit: hunc sempiternus luctus excepturus est. Non est reis in carcere lętitia, ita ne monachis quidem uera in terra solennitas. Atq; idcirco forsitan honestus ille fletus ęmulator ingemiscẽs aiebat. Educ de custodia animã meã: ut exultet iam in tuã ineffabili luce. Esto sicut rex in corde tuo sublimis, in humilitate residens, & risui iubens, uade: & uadat: & dulci fletui, ueni: & ueniat: seruoq;, ac tyrãno corpori fac hoc: & faciat. Siquis beato gratiosoq; luctu se, ueluti spõsali indumento uestire curauit: hic spiritualẽ animę cognouit risum. Quis putas erit eiusmodi? qui tẽpus suum omne tam pie ac religiose in monastica conuersatione cõsumpsit: ut nullum diẽ, nullã horam, nullum momentũ aliquando perdiderit: quod non in diuino seruitio, & religiosis operibus expenderit: id apud se iugiter ac solicite reputans: possibile nõ esse eundẽ diem bis in uita cõspicere. Beatus, qui cœlestibus, intellectualibusq; uirtutibus defigere animi obtutus ualet. Sed ille sane absq; metu ruinæ est:

qui

qui ex mortis, scelerū'q; memoria genas suas uiuentium aquatū perpetuis imbribus rigat. Facilē autem adducor, ut credā priorem illum statum per hūc secundū profecisse: atq; ad illā felicitatem peruenisse. Vidi ego mendicos, ac pauperes improbos facetis quibusdam uerbis ipsa quoq; regū corda ad misericordiā celeriter inclinasse. Vidi item pauperes, ac uirtutibus inopes non urbanis quidē, sed humilibus magis, tenebras'q; ac hæsitationē testantibus uerbis, ex profundo corde ad cœlestē regem summa improbitate, atq; perseuerātia clamantes, ui suā inuiolabilē illius naturā atq; clementiam uiolasse. Qui lacrimarum suarū gratia in animo inflatur: eos'q; qui non lacrimantur: damnat: is ei similis est: qui ab imperatore cōtra inimicos suos accipit arma: his'q; ipsis semetipsum necat. Nō indiget deus lacrimis nostris o socii: neq; hominem ex cordis angustia lugere uult: sed magis ex insigni ad deum charitate in hilaritate animi lætari. Peccatum remoue: & superfluę iā erunt sensibilibus oculis fusę mœstę lacrimę. neq; eni cauterio opus est: si uulnus desit. Non erāt in Adam ante prę uaricationem lacrimæ: sicuti nec post resurrectionem, iam destructo peccato erūt. siquidem tunc aufugit dolor, & tristitia, & gemitus. Vidi in quibusdam luctū. uidi item in aliis, eo quod luctu indigerent, luctum. His autē, etsi luctus

non

non desit: tamen ut qui illum non habeant, ita afficiuntur: per'q; hanc animi decoram castitatem inuiolabiles furibus permanent. Atq; hi sunt, de quibus dictũ est. Dominus sapiẽtes facit cęcos. Solent enim ipsę quoq; lacrimæ leuiores quosq; nonnunquã extollere. quocirca quibusdam diuina dispẽsatione subtrahũtur: ut, dum se his priuatos uiderint: studiosius eas requirentes, miseros seipsos recognoscant: gemitibus'q; & mœrore, ac dolore animi, profunda'q; tristitia, & hęsitatione se cõterant, quę omnia lacrimarũ uices tutissime implere solent: & si ab ipsis nimiũ utiliter nihil ęstimentur. Inueniemus nõnunquã, si obseruemus diligentius: ridiculum quiddã in nobis dæmones moliri. Nam cum saturitate distenti fuerimus: cõpungunt nos: rursum, cum ieiunauerimus: obdurant: ut seducti lacrimis parenti uitiorum gulę, ac delitiis nos ipsos exponamus. quibus obtemperandũ non est: sed contra omnino faciendũ. Equidem ipsam cõpunctionis uim considerans stupeo: quonãmodo ea, quæ luctus, & mœror dicitur: gaudiũ intrinsecus, & lætitiã, ueluti mel & fauũ connexa possideat. Quid igitur ex hoc nobis innuitur? Id profecto: quod proprie dei donũ huiusmodi compunctio esse pro cõfesso habetur. Est tunc in anima nõ iniucunda uoluptas: deo latenter mœstos, & cõtritos corde cõsolante. Verũ ut

occasio

occasio efficacissimi luctus, dolorisq́ peruti-
lis non desit: historiam omnino miserabilem
ad ædificationem animarum referre libet.

Stephanus quidam hoc in loco habitās, so-
litariam & quietam vitā adamauerat. Hic, cum
annos plurimos in monastico certamine egis
set: ieiuniisq́ maxime, & lacrimis esset orna-
tus: aliisq́ præterea virtutū priuilegiis flore-
ret: cellulam ad radices montis, in quo sacram
illam diuinamq́ visionē speculatus olim He-
lias fuerat: sibi cōstruxerat. Hic igitur hic tā ve
nerandis moribus, intētione maioris laborio-
siorisq́ pœnitentię, profectus est ad Anacho-
ritarū locū: cui Sydes nomē erat. Quo in loco
cū annos aliquot arctissimo vitę instituto per-
egisset: (erat enim is locus ab omni cōsolatio
ne mortali penitus remotus, omnibusq́ ferè
hominibus inuius: septuaginta enim ferè mil
libus passuū ab omni humana habitatiōe dis-
iunctus erat) rursus extremo vitæ tempore re-
diit, cupiens in cellula sua priore sancti illius
montis habitare. Erant autē illi duo ex Palę-
stina discipuli admodū religiosi: qui etiam pri
die obseruabant cellulā senis. In qua cū pau-
cos egisset dies: lāgorē incurrit: ex quo & mor
tuus est. Igitur ante vnū exitus sui diem repen
te animo obstupuit: apertisq́ oculis ad dexte
ram atq́ ad sinistrā partem lectuli circūspicie-
bat. &, quasi quidam rationem à se exigerent:

cunctis, qui adstabant, audientibus, aiebat ali-
quando quidem. Ita sane. Sic re vera. sed pro
hoc tot annis ieiunaui. Aliquando vero. Non
certe. Mentimini. hoc nō feci. Deinde rursus.
Ita vere. hoc ita est. sed fleui: sed ministraui. Ac
rursus. Vere me accusatis. In quibusdā etiā ali-
quando aiebat. Ita sane. & quid ad hęc dicam
nō habeo. in deo misericordia est. Et erat pro
fecto spectaculū horrendum, ac terrificū, inui-
sibile illud seuerissimumq́ iudicium: in quo
etiā, quod terribilius est, & quę non fecerat, illi
obiiciebant. Me miserū: quietis, ac solitudinis
sectator, in nonnullis peccatoꝝ suorū, quid ad
hæc respondere posset, se non habere dicebat:
qui iam fere. xl. annos monachus fuerat: & la
crimarum gratiā habuerat. Ve Ve. Vbinā erat
Ezechielis vox: quā illis obiiceret. Quia in
quo te inueniā: in eo te iudicabo: dixit domi-
nus. vere nihil huiusmodi respondere potuit.
cuius rei gratia: illi gloria: qui id solus agno-
uit. Quidam vero mihi veraciter affirmarunt:
quod hic, dum esset in eremo: pardum quoq́
ex manu sua nutriebat. Hic ipse tamē, cū adeo
infeste ratio a se exigeretur: carne solutus est:
quod iudicium, quis terminus, quæ sententia,
quis ratiōis eius finis fuerit, incertū penitus re-
linquens. Sicuti vidua, quæ viro suo fuerit
orbata: si filius sibi vnigenitus sit: illi soli inni-
titur: eiusq́ post dominum solatio potitur: ita

& anima,

& anima, si lapsa fuerit: nullo alio solatio exitus sui tempore ita secure nititur: vt abstinentiæ labore, ac lacrimis. Huiusmodi nunquam concinent: neq; in hymnis secum iubilabunt. Hæc enim luctum interrumpunt, & perimunt. quod si tu per ea luctum tibi cōsciscere studes: adhuc ea res abs te remotissima est. Luctus quippe certus, fixus'q; dolor est animę peritæ: præcursor beatissimę trāquillitatis. in plerisq; luctus fuit pręaptans, & præmundans, consumens'q; omnē vitiorū syluam. Quidam honesti huius boni probatus operarius ista mihi de se enarrauit. Cum, īquit, sæpius studiose instituerem aduersus inanem gloriā, siue iracundiam, siue ventris saturitatē, omnino bellū gerere: luctus ratio subclamans mihi intrinsecus attestabatur. Noli īani gloria efferri. nā recedā abs te. Similiter quoq; in aliis perturbationibus dicebat. Cui ego, nunquā, aiebam, tibi ero inobediens: donec me CHRISTO domino sistas. Luctus quidē profunditas consolationem adspicit: cordis vero munditia illustrationem suscipit. Illustratio ineffabilis est quędam efficacia: quā ignote intelligimus: & inuisibiliter adspicimus. Consolatio est refrigerium afflicti animi, infantis in morē in seipso vagientis, simul'q; grate ac iucūde subridētis.

Suffragatio est animæ, quæ in mœrorē ceciderit, innouatio: afflictas lacrimas meas, quæ

sunt pacatissimę, mirabiliter trāsferens. Lacrimæ exitus metū exclusere. vbi vero timor excussit: timorē continuo serena lux gaudii illuxit. Cum autē indeficiēs id gaudium desierit: flos sanctæ charitatis orietur. Humilitatis manu adueniēs gaudiū abs te, vt idignus, abiice: ne forte, dum nimiū facilis ad suscipiendū es: lupum pro pastore suscipias. Noli propere ad contēplationem currere in alieno tempore: vt hæc humilitatis tuæ pulchritudinē insequens tibi in sæculū sęculi castissimo iūgatur amplexu. Principio quidem infans, cū agnoscit patrē: gaudio penitus impletur: sin vero ille certa ratione peregre profectus fuerit: atq; iteꝝ redierit: gaudii simul & mœroris infans plenus efficitur: gaudii quidē: quia eum, quē cupiuerat, videt: mœroris vero: quia tanto tēpore honesta illa pulchritudine priuatus est. Abscōdit seipsam infantis mater: quē si se viderit anxie inquirere: gaudio afficitur: sic'q; illum instruit, sibi adhærere iugiter: affectum'q; sui alterius infanti imprimit: eum'q; ad se amandū ardentius inuitat. Qui habet aures audiendi, audiat: ait dominus. Non angetur spectaculoꝝ ordinandorū cura is reus, in quē fuerit lata sententia. ita ne is quidē, qui attentius luctui studet: delitiis, aut gloria, aut furore, aut iracūdia vnquam capietur. Luctus est pœnitētis animę certus & fixus dolor, quotidie dolores doloribus

ribus adiiciés. Iustus, & sanctus dominus: qui & eum, qui ratione sectatur quieté: ratione cõpungit: & eum, qui ratione subditur: quotidie lætificat. Qui hoꝝ alterum non legitime arripit: hic luctu priuatũ se intelligat. Abiice abs te eum, qui profundissimo in luctu ad te accedit. canem, deum'q; tibi inclementé, & immisericordem suggerit. Nam si diligẽtius obserues: inuenies illũ, cum ad peccatum hortatur: & clementem, & misericordẽ, atq; ad ignoscendum facilé deum tibi polliceri. Exercitatio assiduitatem gignit. porrò assiduitas in sensum firmissimum desinit. quod autẽ in sensu fit: difficile auferri potest. Etiam si quodlibet magnũ, atq; electissimum vitę institutum arripueris: id quasi externũ, & nothum æstimare debes: nisi cor afflictum, mœrens'q; possideas. Oportet enim re vera, maxime'q; necesse est: vt qui post salutare lauacrũ ĩquinati sunt: igne cordis infatigabili, ac miseratiõe dei manus suas (vt ita dixerim) pice excutiant. Vidi ego apud quosdam supremũ terminũ luctus. Sanguiné enim eos pro afflicto, & percusso corde profundere ex ore conspexi. recordatus'q; sum eius, qui dixit. Percussus sum vt fœnũ: & aruit cor meũ. Illę quidẽ lacrimę, quas metus gignit: in seipsis custodiam possident. quę vero ex charitate prodeunt: antequã ipsa charitas perficiatur: in quibusdam facile fortassis abuolant: nisi forte

ignis ille sempiterne memorādus operis tem-
pore cor penitus incēdat. Et est sane mirabi
le: quonamodo id, quod & vilius, & idignius
est: certius, atq; securius sit suo in tēpore. Sunt
materiæ, quę fontes exsiccent nostros. sunt itē
quę in ipsis & cœnum, & feras belluas pariant.
Per priores quidē illas Loth filiabus suis ne-
quiter congressus est. per secūdas vero diabo-
lus cecidit. Ingens est in hostibus nostris ver-
sutia: summa nequitia: virtutum'q; matres, ma
tres vitiorum facere contendunt: & humilitatis
authores materias superbiæ opifices faciunt.
Solent nonnunquā ipsę etiam sedes nostrę, &
locorum species animū nostrū ad cōpunctio-
nem excitare. Doceāt te hoc IESVS, Helias,
& Ioannes, soli apud se orantes. Animaduerti
plerūq; in ipsis quoq; ciuitatibus, mediis'q; tu
multibus moueri nobis lacrimas, ea profecto
arte dęmonū: vt putantes quidā nihil se ex his
tumultibus lædi, sæculo propinquare nō me-
tuant. Verbum vnū nōnunquā dissoluit luctū.
mirum vero: si vnū quoq; verbum rursus illū
reuocare, postquā abuolauerit, possit. Non ac-
cusabimur o socii: neq; nobis crimini dabitur
in separatione animę a corpore: quod nō mi-
racula egimus: quod nō de theologia disserui
mus: quod nō contēplationi operā dedimus:
sed ob hoc maxime rōnem omnino deo red-
dituri sumus: quod lugere vnquā destitimus.

De iræ

DE IRAE VACVITATE ET MANSVETVDINE GR. VIII

SICVT aqua, si paulatim igni adiiciatur: flāmam penitus extinguit: ita & veri luctus lacrimæ flāmam omnem iracundiæ, ac furoris extinguere cōsueuerunt. quocirca nos quoq; consequenter suo ordine subiecimus. Irę vacuitas est inexplebile ignominiæ desideriū: sicuti contra in iis, qui inani gloriæ student: infinitus est laudis appetitus. Irę vacuitas est naturę superatio absq; vllo iniuriarum sensu, ex certaminibus & sudoribus proueniens. Mansuetudo est animi imobilis status iter vituperatiōes, & laudes eodē modo perseuerās. Initium quidē iræ vacuitatis est labiorum silentiū in perturbatione cordis. medium autē, silentium ipsaꝶ quoq; cogitationū in animi tenuissimo motu. finis vero est inter īmundorum spirituū flatus stabilis ac fixa trāquillitas. Ira est tolleratio occulti odii, memoria scilicet iniuriarū alte animo īpressa. Ira est desideriū, quo eū, qui nos irritauit, affligi cupimus. Iracundia est subita cordis excādescentia, nec diuturna. Amaritudo est iniucundus atq; insuauis motus in animo cōsidens. Furor est morum incōstans motus, animi'q; turpitudo. Sicuti, cū sol apparuerit, fugantur tenebrę: ita, cū afflare cœperit suauissimus humilitatis

odor: omnis amaritudo, omnis'q; furor ex animo exterminatur. Quidam, cũ sint nimium ex furore mutabiles: negligentiores ad hunc curandum, sanandum'q; fiunt: nõ intelligẽtes miseri, quid scriptura sacra cõminetur dicens. Momentũ furoris eius ruina est illi. Velox est motus molæ, vno sæpe momento amplius triticum animæ, & fructũ vitę conterens atq; demoliens: quã faceret die integro alius. Quocirca prudenter, & toto animo attendendum est. Ea sæpe flãma, quã subito vehemens ventorũ flatus accẽderit: fructũ cordis amplius adurit, & perimit: quã ea, quę & lentius excitata est: & diutius viget. Ne istud quidẽ vos latere debet amici: quod ad tẽpus iniqui se dæmones astu subducunt: vt, dum maxima vitia veluti minima negligimus: iã insanabiliter ægrotemus. Sicut lapis acutis angulis asper, si aliis lapidibus cõtundatur, & collidatur: omne illud acumẽ amittit: solida'q; eius asperitas cõtrita dissoluitur: fit'q; rotũda, ac lenis: ita & anima dura, atq; ad iracundiã prona, si durę & iracundæ virorũ multitudini admisceatur: atq; cum eis vna degat: alterũ ẽ duobus sustinet. Aut enim ex tollerantiæ virtute propriũ curabit vulnus: aut, si iniuriis fatigata cesserit: suã penitus infirmitatem noscet: quã sibi ignaua hęc fuga veluti speculum quoddã ante oculos ponet. Furibundus est caducus volũtarius: qui, dum anticipatur,

ticipatur, inuitus cadés colliditur, atq; disrumpitur. Nihil minus pœnitẽtibus conuenit, quã concitatus furor: quippe cõuersio summa indiget humilitate. hic vero maximi tumoris certũ est argumentum. Si is demũ supremæ humilitatis terminus esse pro confesso habetur: vt eo etiam pręsente, a quo irritamur: sereno illũ ac trãquillo corde diligamus: is sine dubio finis furoris erit: si, soli cũ degimus: aduersus eum, qui nos in aliquo lęserit: & verbis, & gestibus repugnantes efferamur. Si sanctus spiritus animę pax & definitur, & est: Ira vero cordis perturbatio & dicitur, & est: nihil æque, ac furor eius a nobis pręsentiã segregare poterit. Cum per multas, atq; diras furoris stirpes agnouerimus vnã ipsius solam'q; progeniẽ: & si adulteram, vtilẽ tamẽ esse deprehẽdimus. Vidi enim nõnullos: qui, cum vsq; ad insaniã excanduissent: diuturnam'q; adeo, ac penitus in medullis insitam iniuriaę memoriã euomissent: per vitium illius cõmotionis fuisse liberatos: cũ is, qui eos lęserat: prioris, diuturni'q; doloris illos vel pœnitentia, vel satisfactiõe curauisset. Vidi itẽ alios: qui irrationabili longanimitatis specie ex silentio memoriã illatę iniuriæ in intimis recõdiderũt: eos'q; insanis deteriores, atq; infeliciores esse iudicaui: quippe qui per atramentum columbę candorem demoliti essent. Summa igitur aduersum serpentẽ istũ cura &

diligentia pugnandum est. Et ipse enim naturam habet adiutricē, non secus, quā turpis concupiscentiæ coluber. Vidi nōnullos iracundię furiis succensos prę amaritudine animi cibum à se omnino reiecisse: qui tamē ex hac irrationabili cōtinentia venenū venenis adiecerunt. Vidi item alios, cū veluti rationabilē causam furoris nacti essent: gulæ etiā illecebris seipsos addixisse: ac veluti ex fouea in præcipitiū corruere. Alios item aspexi prudentiores: qui peritorū more medicorū vtrisq; cōmistis ex ęquabili & moderata cōsolatione maxima emolumenta consecuti sunt. Nonnunquā moderata melodia furorē optime lenit, & mitigat. sæpe uero ea, quę īmoderata est, & importuna: cum voluptate cōiungitur. ea igitur sic demū optime vtemur: si tempora rectissime ad normā dirigamus. Cum sederē aliquando cuiusdā necessitatis causa iuxta quorūdam solitariorū cellam: audiui illos perdicū more intus summa amaritudine, & furore apud se corrixātes, atq; in eius personam, qui se læserat, tanquā is pręsens esset, petulantissime insilientes. quos ego ne vltra in solitudine sederent, pie & fideliter monui: si nollent ex hominibus dęmones fieri. Vidi rursus alios corde lasciuo, ac lubrico escarum nimietate distēdi: qui mites se esse, & blandos, atq; (vt ita dixerim) amatores fratrū simulantes, personā sibi honestatis & sanctitatis

tatis

tatis imponerent. quos vt solitudinē sectaren tur,hortatus sum,veluti ferramentū quoddam luxui,& escarꝝ nimietati inimicū:si nollent ex rationabili in brutā naturā miserabiliter deci-dere.Cum vero mihi quidā vtrisq; se miserabi lius efferri dicerent:eos ego suæ voluntatis ar-bitrium sequi prorsus inhibui:eorum'q; pręce ptoribus hoc amice suggessi:vt hunc aliquan-do,nōnunquā vero illum ordinem eos sequi permitterent:dū illi per omnia rectori,atq; gu bernatori ceruice submissa perfecte obtēpera-rent.Is quidem,qui voluptatibus studet: seip-sum,fortassis autē & alterum suorꝝ morꝝ disci pulum corrūpere,& perdere solet. Iracundus vero lupi in morē gregem totū sæpe pertur-bat: animas'q; plurimas humilians vulnerat. Graue quidem est oculū cordis præ furore tur bare,secundū psalmi testimoniū dicētis. Tur-batus est à furore oculus meus.Lōge vero gra uius etiā labiis impetū animi exprimere. Gra-uissimum autē,ac totius monasticæ & angeli-cæ, diuinæ'q; conuersationis alienū omnino, atq; inimicū,manibus quoq; furori satisfacere. Si festucam alterius sanare vis: vel magis tibi velle videris:noli pro scabello trabē hāc velle excidere,atq; retundere. Trabes quippe sermo durus est,gestus'q; indecorus.Scabellum vero mansueta doctrina,mitis'q; reprehēsio.Argue enim,inquit,increpa,obsecra: non autē etiam,

percute.

percute. Sin vero & hoc fieri oporteat: raro omnino: nec tum quidē per teipsum id facere debebis. Si diligentius inspiciamus: animaduertemus plerosq; ex iis, qui iracūdiæ facibus exagitantur: prōpte ieiunare, vigilare, quietem solitudinis sectari. Est enim ea versutissimi dęmonis intentio: id'q; summopere inquirit: vt veluti per rationabilē occasionem pœnitētiæ & luctus eas materias, quę morbo huic incrementa dare possint: sequēdas illis persuadeat. Si lupus vnus (vt antea diximus) gregem totū auxilio dęmonis pturbare potest: & vnus profecto omnino sapientissimus frater, velut vter oleo repletus, angeli fretus adiutorio fluctuū rabiem in serenitatis tranquillitatē conuertet: nauem'q; seruabit illæsam: ac pro magnitudine iudicii, quod prior ille promeruit: mercedē à Deo referet: pfectus forma omnibus factus. Initium beatę tollerātiæ est in amaritudine, & dolore animę ignominias suscipere: medium vero, eas sine mœrore tollerare: Finis autē, & consumatio, summā illas laudem existimare. Gaudeas prior: valeas secunde: sed tu felix, ac beatus tertie. quippe qui in domino exultas. Notaui miserādum omnino spectaculū in iis, qui iracundiæ inseruiūt: quod illis latenter ex elatione cōtingit. Indignati enim eo quod ira fuissent superati, rursus irascebantur. admiratus'q; sum, cū intuerer illos ruina ruinam vlciscentes:

scentes: ac peccato peccatũ persequentes mise
ratus sum: dæmonum'q; versutiã stupens, parũ
abfuit, qn de mea ipsius vita desperarẽ. Siquis
seipsum tumore, & iracundia, nequitia'q;, & si-
mulatione facile superari perspiciẽs, cõtra hæc
mansuetudinis, & tollerantiæ ancipitẽ gladiũ
educere instituit: hic profectus, veluti fullonũ
salutarem officinã fratrum monasteriũ ingre-
di laboret: atq; eorũ, qui maxime duri, & imi-
tes sint: siquidẽ hęc vitia perfecte exuere cupit:
vt illic ex cõtumeliis & ignominiis, dum fra-
trum vexationibus extẽditur: atq; intellectua-
liter pulsatur: fortassis vero etiã sensibiliter ce-
ditur: calcibus'q; tunditur: & conculcatur: sor-
des, quę animę illius vestes macularãt: diluat.
Ipsa te plebeia uox persuadeat, probrũ & con-
tumeliam lauacrũ esse uitiorum animi. Solent
enim sęculares; cũ aliquẽ in faciẽ ignominiis,
& contumeliis resperserint: gloriãtes ad alios
dicere. Laui illũ. quod profecto uerũ est. Alia
in iis, qui adhuc rudes imbuũtur, ex fletu inest
iracũdię uacatio: & alia in iis, qui pfecti sunt,
cõmotiõis omnimoda cessatio. Quippe prior
illa lacrimis, ueluti freno quodã ligata est: hęc
uero ut serpens a' beata tranquillitate, ueluti a'
gladio quodã acutissimo necata est. Vidi ego
tres unà monachos iniuriis affectos: ex quibus
unus mordebatur quidẽ iniuriis, atq; pertur-
babatur: sed tamẽ in silẽtio premebat iracun-
diam.

diâm.alius uero gaudebat quidẽ ex luctu suo: sed eius,qui se maledictis insectatus fuerat:pec cato angebatur.Tertius vero proximi tantum damna secũ volens,vim ardentium lacrimarũ profundebat.erat'q; suaue spectaculũ timoris, & mercedis, & charitatis operarios adspicere. Sicuti corpoꝶ febris,cum vna sit:non vnâ,sed plures habet sui occasiões ardoris:ita & irę fer uor, atq; cômotio,fortassis vero aliarũ quoq; perturbationũ nostraꝶ plurimas ac varias oc casiones, & causas habere noscũtur. Quocirca possibile nõ est tantâ rerum varietatẽ eodem modo definire. sed magis consiliũ ex animo meo do: vt pro solicito ægrotantium studio quisq; medicinę compendiũ inquiramus. Pri mum itaq; remediũ erit: vt quisq; causam sui doloris agnoscat.causa quippe cognita, cõtra hanc medicamenti etiã auxilium ex prouiden tia dei, spiritualium'q; viroꝶ diligentia susci piemus. Qui nobiscum in domino vnà ingre di cupiunt: nostro exẽplo admoniti, in illud propositum nobis intellectuale iudiciũ ingre diãtur: prędictas'q; perturbationes, siue causas quodãmodo subobscure simul examinent. Vinciatur iam tyrãnus iste mansuetudinis ne xibus, flagello'q; longanimitatis verberatus: atq; à charitate pertractus sistatur tribunali ra tionis:atq;,vt cõuenit,examinetur: & ita discu tiatur. Dic nobis,o stulte & turpissime,genito

ris tui,

ris tui, & eius, qui te male peperit, appellatio-
nem: filiorum'q; tuorum, & sceleratissimarum filia
rum: preterea & eorum, qui te debellant, & neca-
turi sunt: nomina edicito. Ille vero sic interro-
gatus ita respondere videbitur. Plurimæ gene
rationes meę sunt: nec vnus mihi pater est. Ma-
tres vero meæ sunt, Inanis gloria, cupiditas,
gastrimargia, nonnunquā vero & fornicatio.
Qui autē me genuit: fastus appellatur. Porro
filię meæ, Memoria iniuriarum, Inimicitia, Di-
sceptatio, & Odium. Aduersarię vero meę,
à quibus nunc vinctus teneor: quæ his obiectę
sunt: Mansuetudo, & inirascentia. Ea autē, quę
mihi insidiatur: humilitas dicitur. quis vero
illam genuerit, loco suo illam interrogate.

DE MEMORIA INIV-
RIARVM Grad. IX

SANCTAE quidem virtutes, Iacob
scalæ comparantur. Vitia uero nefa-
ria, &, quæ cecidisse legitur ex Petri
summi apostoli manibus, cathenę. Et illę qui-
dem simul nexæ, atq; altera ad alterā transmit
tentes in cœlum sustollūt amatores suos. Vi-
tia uero se inuicē gignere, atq; arctissime com
plecti cōsueuerunt. Quocirca cū iam audieri-
mus, implacabilē furorem, progeniē suā me-
moriam iniuriarum appellantem: de ea nūc in-
uitante

uitante nos tempore loquamur. Memoria iniuriarum est furoris desinentia: peccatorum custos: iustitiæ odium: virtutū perditio: venenū animæ: mentis assiduus vermis: orationis confusio: deprecationis excisio: charitatis alienatio: clauus affixus: iniucundus sensus, qui in amaritudinis suauitate diligitur: iuge peccatū: nunquā dormiēs iniquitas: horis singulis admissa malitia. Est istud quoq; tenebrosum, ac molestissimum vitiū (mnisicaciam dico, idest iniuriarum memoriā) vnum ex iis, quæ generantur: nec gignunt: siue etiā gignunt. atq; ideo plura de illo loqui nolumus. Qui iracundiam sedauit: is huiusmodi memoriā peremit. Dū enim viuit pater: filios gignere nō cessat. Qui charitatem possidet: iracundiam ab se fugauit. qui autē inimicitias exercet: importunos sibi labores congregat. Charitatis mensa dissoluit odium: & dona mundissima emolliūt animā. mensa neglecta mater est cōfidentię. & per fenestram charitatis ventris ingluuies ingreditur. Animaduerti odium vinculū fornicationis diuturnū dirupisse: memoriam'q; iniuriarum illic eum inligabilē iam mirabiliter ac præter spem præseruasse. Mirandū sanè spectaculum: dæmonem à dęmone sanari cōspicere. sed fortassis ex dispēsatione opus dei, non dæmonū fuerit. Longissime à charitate valida & naturali remota est memoria iniuriarū: ei'q; facile

appropiabit

appropiabit fornicatio. videas'q; latētet in columba corruptionē. Is, quem mordet iniuriaꝝ memoria: aduersus dęmones id magis patiatur. & quem delectat blandū inimicitiarū venenatum'q; odiū: corpori suo semper infestus inimicus sit. Amicus ingratus ac dolosus caro est: &, si foueatur, amplius lędit. Solet scripturas differere memoria iniuriarum: atq; ad propriç affectionis sensum sancti spiritus eloquia violenter attrahere. Confundat hmōi IESV oratio: quā, si iniuriaꝝ memoriam seruemus: cum illo dicere nō possumus. Si post ingentē luctā huiusmodi peruersitatē omnino destruere non vales: saltem verbis, & corporis habitu inimico tuo te pœnitere significa: vt vel hanc ad illum simulationē diutius veritus perfecte tandem illū diligere cogaris, a' cōscientia, veluti ab igne quodam assidue admonitus. Hac vero putredine & peste tum demū te perfecte curatum intellige: nō cum pro eo, qui te contristauit, oraueris: non cū illū muneribus affeceris: non cū ad mensam tuam eū perduxeris: sed cum cognita illius aliqua calamitate, siue corporali, siue spirituali, quasi ipse eā perpessus fueris, ita te angi, dolere, atq; illacrimari pspexeris. Monachus solitarius, qui hanc seruat in semetipso memoriam: aspis nidificans est, letale virus secum vbiq; circūferens. Memoria passionum IESV huiusmodi curabit animā:

dum in illius clementiam ac tollerantiam intuens, valide confusa erubescit. Ligno putrido intrinsecus gignũtur vermes. & mitissimis moribus, quieti'q; adulterę cohęret iracundia. qui hanc eiecit: remissionẽ reperit. qui vero illi adglutinatus est: miseratione priuatur. laboribus se quidam, ac sudoribus, vt veniã mererentur, exposuerunt. hos tamen vir, qui iniurias obliuiscitur: facile anticipauit. Siquidẽ illud verissimũ est, quo dicitur. Dimittite celerius: & copiose dimittetur vobis. Verę germanæ'q; pœnitentiæ certũ argumentum est obliuio iniuriarum. Qui vero inimicitias tenet: & se pœnitere existimat: similis est ei, qui se in somnis currere putat. Vidi iniuriarũ memores, dũ aliis de huiusmodi salutari obliuione admonerẽt: verba sua reueritos, ab hoc vitio & peste quieuisse. Nemo huiusmodi obtenebrationẽ simplex esse, ac tenue vitiũ existimet. Solet enim ad ipsos quoq; spirituales viros sępius extẽdi.

DE DETRACTIONE. GRĘC. X.

NULLUS (reor) prudẽtiũ, & recte sentientium, ex odio & iniuriarũ memoria detractionem nasci refragabitur. quocirca & post maiores suos, veluti in serie constituta est. Detractio est proles odii, tenuis langor, pinguis & occulta ac latens sanguisuga,

guisuga, quę charitatis omnē consumit, ac demolitur sanguinem: dilectionis simulatio: cordis sordes ac duritiā parans, castitatis'q̧ exterminatio. Sicuti quędā sunt adolescentulę, quę mala sine vllo verecundiæ rubore operantur: nōnullę vero, quæ grauiora his clam ac verecundius faciunt: ita & in passionibus ignominiæ fieri videas. Huiusmodi vero adolescentulæ sunt simulatio, nequitia, mœror, memoria illatæ iniurię, cordis'q̧ detractio: quę alia suggerere videntur: & ad alia intentę sunt. Audiui detrahentes quosdā: eos'q̧ protinus increpatione coërcui: qui, cū mihi satisfacere vellent: hoc se ex eius charitate & cura, cui detrahebāt, facere dixerunt. Ego vero eis, quiescite, inquā: atq̧ ab huiusmodi charitate cessate: ne ille mētiatur, qui ait. Detrahentem secretò proximo suo hūc persequebar. Si te dicis diligere: clam ora: neq̧ obiurges virū. Hunc quippe charitatis modū deus libentissime suscipit. neq̧ istud cogitare omittas: si te ab iudicando peccātem sobrium omnino seruare cupis: quod & Iudas in choro discipulorum fuit: & latro bonus in homicidarum numero. mira tamen in vno temporis momento vtrisq̧ est facta retributio, & cōmutatio. Siquis detractionis spiritū superare cupit: nō peccanti fratri, sed suggerenti dæmoni causam sceleris aścribat. Nullus enī est, qui in deū peccare velit: & si omnes nō coacti,

ſed ſponte peccamus. Vidi aperte peccantem, atq; occulte pœnitentiã agentem: &, quem vt nequiſſimum iudicauerã: inueni pudicũ & ſobrium apud deum exiſtimari: cũ illum per cõuerſationem & pœnitentiã ſibi propitium feciſſet. Noli eũ vereri, qui apud te proximo detrahit. imo vero dicito ei. Quieſce frater. Ego in iis, quæ grauiora ſunt, quotidie delinquo. illum ergo quomodo damnare poſſum? Hoc enim vnico medicamento duo iſta lucraberis: quod & teipſum, & proximũ curabis. Eſt inter reliquas, quę ad remiſſionẽ peccatoꝝ ducunt: & iſta admodũ compendioſa via: ſcilicet à iudicando abſtinere. Siquidẽ id veriſſime dicitur. Nolite iudicare: & nõ iudicabimini. Alieniſſimus eſt ab aqua ignis. ita & iudicare, ab eo, qui pœnitere cupit. Etiam ſi in ipſo animę à corpore digreſſu quẽpiam peccare videris: ne tum quidẽ illum dãnare audeas. Incertum eſt enim hominibus iudicium dei. In magnis quidam delictis aperte lapſi ſunt, maiora vero bona clàm operati ſunt. Seducti ſunt ergo, qui libenter alioꝝ mores carpunt, fumũ pro ſole amplectentes. Audite me obſecro: audite omnes peſſimi alioꝝ iudices. Si verũ eſt (vt eſt profectò veriſſimũ) quod in quo iudicio iudicaueritis: iudicabimini: proculdubio, in quibuſcũq; cauſati fuerimus ꝓximũ: in eadẽ ipſi quoq; incidemus: ſiue ſpiritualia illa fuerint,

ſiue

ſiue corporalia:neq; aliter fieri poteſt. Qui cele res,nimium'q; diligētes proximi delictorum iudices ſunt:hoc idcirco patiuntur: quia nondū ſuorum peccatorum fixam,ac perfectā memoriam, curam'q; ſuſceperūt. Nā ſiquis amoto proprii amoris velamine,mala ſua diligēter inſpiciat: nullius iam rei alterius in hac vita curā gerit: id apud ſe reputans: tēpus ſibi ſufficere nō poſſe,quo ſeipſum lugeat:etiā ſi centum annos vixerit: etiā ſi iordanem fluuiū in lacrimas verſum ex oculis ſuis manare perſpexerit. Notaui luctum:nec vllum in eo detractiōis,aut cōdemnationis ueſtigiū īueni. Aut peccare nos dęmones urgent:aut,cū non peccauerimus,iudicare peccantes: ut per hoc ſecundum primum illud homicidæ inquinēt. In hoc ſcito eos,qui memoriam illatæ ſibi iniurię ſeruant: atq; inuidos aperte dignoſci:quod doctrinā,& opera,uirtutes'q; proximi libenter,& facile uituperant, & calūniantur: ſpiritu odii miſerabiliter præcipitati, ac demerſi. Vidi quoſdā clam,ac ſine arbitris ſcelera penitus horrenda perpetrare:qui,quod putarent ſe eſſe mundiſſimos:eis, qui publice leuia aliqua admittūt: grauiſſime iminebant. Iudicare,eſt impudens direptio diuinæ dignitatis. Condēnare autē animæ proprię interitus. Sicuti elatio ſola abſq; alio uitio comite perdere ſe habentē poteſt:ita & iudicandi uitium,etſi ſolū in nobis fuerit:perfe-

ſte nos perdere ualebit. Siquidem & phariſeus ille ex hoc ſolo condẽnatus eſt. Bonus & probus uuę lector matura acina comedẽs, acerba legere nũquã patietur. Porrò grati uiri ac prudẽtis animus, quotquot in aliis uirtutes inſpexerit, ſtudioſiſſime notabit. inſipiẽs uero querelas, defectus'q́ perſcrutabitur: de quo & dictum eſt. Scrutati ſunt iniquitatẽ: defecerunt ſcrutãtes ſcrutationes. Neq; ſi oculis tuis peccantem uideris: condemnes: neq; illis credas. ſæpius enim falluntur & ipſi.

DE LOQVACITATE Gr. XI

DIXIMVS in prędecentibus breuiter: quã ſit periculi pleniſſimũ: ut'q́ eis quoq;, q ſpirituales uidentur: nõnunquã ſubrepat iudicare proximos. imo uero iudicari, atq; à lingua cruciari. Nunc uero cauſam iam, & ianuam, per quã ingreditur & egreditur: cõſequẽs eſt paucis eloqui: ſuo'q́ loco ſtatuere. Loquacitas eſt inanis glorię ſedes: per quã ſeipſam iudicare, atq; in publicum producere ſolita eſt. Loquacitas eſt ignorãtiæ certum argumentũ: detractionis ianua: ſcurrilitatis dux: mendacii opifex: cõpunctionis deſolatio: accidiæ author ſiue euocatrix: ſomni prędecurſor: intentę fixę'q́ cogitationis diſſipatio: cuſtodię exterminatio. Contra uero taciturnitas

turnitas in cognitione mater orationis est: captiuitatis reuocatio: ignis obseruatio: cogitationum diligens inspectio: specula hostiũ: carcer luctus: lacrimaꝝ amica: memoriæ mortis operatrix: suppliciorum pictor: iudicii idagatrix sagax: mœroris subministratrix: inimica fiduciç: quietis coniux: ambitiosę doctrinę aduersatrix: sciẽtię adiectio: speculationis opifex: secretus in deũ profectus: occultus assensus. Qui peccata cognoscit: cõtinet linguam. qui uero loquax est: nondũ seipsum, ut oportet, agnouit. Studiosus silentii appropiat deo: ipsi'q; iugiter in abdito cordis assistẽs illustratur ab eo. IESV silentium admirationi & reuerẽtię Pilato fuit: uiri'q; quieta & silẽs uox profligauit inanem gloriam. Verbum dixit Petrus: & fleuit amariter: quia illius imemor fuerat, qui ait: Dixi: custodiã uias meas: ut non delinquã in lĩgua mea: alterius'q; dicẽtis. Melius est e' sublimi in terram, quã ex lingua cadere. Plura de his equidẽ scribere nolo: etsi plures me huius uitii astus id facere hortentur. Audiui tamen aliquãdo uirum quẽdam, cuius apud me plurimum ualebat authoritas: cũ de solutudinis quiete loquerẽtur: asserentẽ, loquacitatem ex uno hoꝝ penitus gigni: aut scilicet ex peruersione, & iniqua intẽperanti'q; consuetudine: (lingua enim mẽbrum corporis cũ sit: in quo iam erudita fuerit: eius cõsuetudinẽ requirit,)

at rursus in iis ,qui in certamine sunt: maxime uero ex inani gloria:nõnunquam uero ex ingluuie uentris. Quocirca plurimi sæpe, cum frenarent uentrem:uiolentia iam,ac debilitate quadam & linguá, & eius uerbositatem cõcluserunt. Qui curá sui exitus gessit:circũcidit uerba. & qui possidet animi luctũ: ut ab igne, ita fugit a loquacitate. Qui diligit solitudinis qetem:claudit os suũ. qui uero processibus gaudet:hunc uitium hoc cella deturbat. Qui altissimi diuiniq́ ignis flagrantiá sensit: is nõ secus,quá apis fumũ,omnem fugit hominũ cœtum. Apem quippe fumus exagitat. huius uero proposito cœtus hominum contrarius est. Paucorum re uera est: aquá nullis aggerũ molibus septam suis meatibus arcere. sed multo pauciorum est,incontinens edomare os.

DE MENDACIO Gr. XII

EX LAPIDE quidem,ac ferro excutitur ignis. ex loquacitate uero,ac iocis mendaciũ nascitur. Mendaciũ est charitatis exterminatio. periuriũ uero dei abnegatio. Nullus recte sentiẽtium paruum esse mendacii peccatum existimabit. quippe cõtra nullum vitiũ terribiliori sentẽtia spiritus sanctus vsus est. Si,ut ait Dauid ad Deum,Perdes omnes,qui loquũtur mendaciũ: quid iam illi

passuri

passuri sunt: qui iuramẽtis mendacia coniungunt,& cõsuunt: Vidi nõnullos mẽdaciis gloriari: eis'q; se honestari putare. qui, cum iocis ocioso'q; sermoni ridicula nonnulla subtexerent: audientiũ luctus miserabiliter demoliti sunt. Quoties dęmones ab huiusmodi faceciarum auditu, veluti a' pestilenti morbo statim post inchoationẽ grauis ac molesti authoris nos fugere velle perspexerint: tunc vero iã gemina nos ista cogitatione illaqueare nitũtur: nobis ita suggerentes. Noli cõtristare fratrem talia narrantẽ. Aut certe noli teipsum cæteris adstantibus meliorẽ,diuinarum'q; re℞ studiosiorem indicare. Exili citius: nec morã vllã ibi feceris. Sin alias in oratione tua ridiculosarũ re℞ imagines finges: neq; inde fugias: solum ve℞ & iniquum cœtũ religiosa seueritate dissolue: mortis, atq; iudicii mentionẽ in mediũ adducens. Est quippe prętãtius ex hoc te fortasse modicum inani gloria respergi: ut pluri mis ita inueniaris vtilitatis author: quàm per ignauum & improbũ silẽtium tibi pariter, & aliis detrimenti causa fieri. Simulatio mendacii mater est: sæpe vero etiam materia. Quippe quidam simulationẽ nihil aliud esse definiũt: quã mendacii meditationẽ atq; opificẽ, adglutinatum sibi, atq; cõnexum habentẽ iusiurandum. Qui timorem domini possidet: alienissimus a' mendacio est: iudicẽ habens incorruptum

ptum conſcientiam ſuã. Sicut in perturbatio-
nibus reliquis damni differentiã agnoſcimus:
ita & in mẽdacio quoq;. Aliter enim ille iudi-
catur: qui p ſupplicii timorẽ: aliter q nullo pe
riculo propoſito mẽtitur. Alius delitiarũ mẽti
tur cauſa: alius voluptatis gratia: alius vt adſtã
tibus moueat riſum: alius vero, vt ĩſidietur fra
tri: eum'q; detrimẽto aliquo afficiat. Ex cruci-
tibus principũ deletur mendaciũ. ex lacrimarũ
vero multitudine in finẽ perimitur. Diſpẽſatio
nẽ allegat, qui mendacium ſuggerit: perditio
nem'q; ſaiæ ſæpe iuſtitiã exiſtimat. Raab ſe imi
tari argumẽtatur: qui mẽdacia cõfingit: per'q;
perditionem ſuã aliorũ ſalutẽ ſe moliri dicit.

Cum ã mẽdacio mũdi omnino fuerimus:
tum, ſi ita neceſſe aliquãdo ſit: tẽpore admoni
ti ipſum cum timore ſubeamus. Neſcit puſio
mendacium. ita ne anima quidẽ, quę fuerit ab
iniquitate omnino aliena. Qui vino exhilara-
tus fuerit: etſi nolit, vera in omnibus dicet. qui
vero compunctione fuerit inebriatus: menti-
ri non poteſt.

DE ACCIDIA GRã. XIII

u N V S & hic nõnunquã ex loquaci-
tatis ramis eſt: ut iã in prioribus dixi
mus: prima'q; progenies: Accidia ſci
licet. quocirca cõgruum illi ordinẽ in nequiſ-

ſima cathena diſtribuimus. Accidia eſt animi remiſſio, mentis reſoluito, neglectio vitę monaſticę, profeſſionis odium. hęc ſæculares beatos dicit: deum vt inclementẽ, & ĩmiſericordem calũniatur. Eſt in pſalmodia inualida: in oratiõe imbecillis: in miniſterio ferrea: in opere manuum impigra: in obedientia improba. Vir bene ſubiectus alienus ab accidia eſt: & per ea, quę ſenſibilia ſunt: ad ĩtellectualia proficit. Cœnobium accidiæ reſiſtit. viro autẽ ſolitario hæc indiuidua, in æternum comes eſt: neq; illũ ante mortẽ deſeret: quotidie'q;, dum vixerit, illum oppugnabit. Hæc Anachoritæ cellulam intuita ſubriſit: atq; appropinquans iuxta ſibi tabernaculũ fixit. Mane primo languentes medicus viſitat. accidia vero monachos circa meridiẽ. Hoſpitum ſuſceptionẽ accidia ſuggerit: atq; per laborẽ manuũ elemoſynas fieri precatur. Viſitare ĩfirmos hortatur alacriter: illius admonens, qui in euãgelio dixit. Infirmus eram: & veniſtis ad me. Ad mœrore aliquo affectos, ac puſillanimes vt proficiſcantur, inducit: cõſolari puſillanimes ipſa puſillanimis ſuggerens. Ad orationẽ ſtantes neceſſariæ cuiuſpiã rei admonet: omnem'q; mouet artem: vt inde nos aliquo veluti rationabili fune irratiõabilis retrahat. Tribus horis horrorem, dolorẽ capitis, febrem'q;, ac vertiginẽ accidiæ ſpiritus fecit. At vbi nona hora ſuperuenit:

uenit:cõualuit modice. mensa vero apposita è strato exiliit: &, cũ orationis tempus: remeauit rursus: corpus grauari cœpit. In oratione adsistentes iterum somno demersit: importunis'que oscitatiõibus versum ex ore diripuit. Vitia quidem, perturbationes'que reliquę vna aliqua virtute singulę euacuantur. Accidia vero monacho mors est: quã in se iugiter cõtinet. Virilis ac robusta anima mortuã exsuscitauit mentẽ. Accidia vero, ac desidia totas virtutũ opes simul dissipauit. Cum sit hoc vnũ ex octo vitiis principalibus omnino grauissimũ: quod in illis fieri cõsequens est: in isto quoque faciamus: & illud tamẽ prętererea addamus. Nisi agatur psalmodia: nõ apparet accidia: consumata'que sinaxi aperti sunt oculi. Accidiæ maxime tempore violenti elucent. nihil enim ęque ac accidia monacho coronas parat. Si cõsideres diligentius: inuenies eam stantes pedibus, oppugnare lassitudine: sedentibus, vt super parietem se reclinẽt, persuadere. è cellula itẽ prodire hortatur: sonitum aliquẽ, aut fragorẽ, pedum'que strepitum excitãs. qui seipsum luget: accidiã nescit. Vinciatur & hic tyrãnus, à peccatorum memoria: cædatur ab opere manuũ: trahatur ad futurorum bonorum intenta cogitatione: adstans'que, vt cõuenit, interrogetur. Dic nobis o tu remisse ac dissolute: quis te male genuit? aut qui sunt nepotes tui? qui'ue te oppugnantes?

gnantes? vel qui sit interfector tuus? Ille vero percunctantibus ita respondeat. Ego in iis, qui vere obedientes sunt: nõ habeo vbi caput recli nem. qui vero mihi per solitudinis quietẽ cedunt: cũ iis vnà dego. Quę mihi nomen dederunt: plurimę sunt. interdum enim insensibilitas animę: quandoq; vero irreminiscentia quædam atq; obliuio cœlestiũ: nonnunquam etiam ĩmensa laborũ magnitudo. Stirpes vero meę locorũ mutationes sunt: quæ mecũ fiunt: inobediẽtia spiritalis patris: futuri iudicii obliuio: nonnunquã vero etiã professionis derelictio. Porrò aduersariæ meæ, à quibus nunc vinctus teneor: psalmodia operi manuũ coniuncta: mortis'q; memoria. quæ vero me penitus necat: oratio est, adiuncta futurorum bonorum firmissimæ spei. Quis autẽ orationem genuerit, ipsam interrogate.

DE FAMOSISSIMA AC NEQVAM DOMINA GVLA GRẞ XIIII

d E GVLA loqui instituẽtes, si vnquã alias, nunc maxime cõtra nos philosophari proposuimus. Mirum enim si quis vnquã hac liber euasit: nisi forte qui sepulchrum habitauerit. Gastrimargia est simulatio ventris. Cum enim satiatus fuerit: indigere se clamat: & cum distentus, atq; disruptus:

vociferatur esuriem. Gastrimargia est saporũ, variorum'q; liquaminũ opifex: suauitatũ fons.
Obstruxisti venam: & aliũde prorupit: atq; aggeribus obruta, viá sibi aliam fecit. Extinxisti flãmam: & aliunde reuixit. ista'q; rursus extincta, supatus ab alia es. Gastrimargia est oculorum seductio, modica suscipiens, & vniuersa simul absorbere suggerens. Escarũ satietas fornicationis est mater. afflictio autẽ ventris charitatem parit. Qui leonẽ blanda demulcet manu: nonnunquá illum ita mansuefacit. qui vero corpus obsequiis fouet: ipsum amplius efferauit. Gaudet Iudęus sabbato, & die festo. monachus uero gulæ deditus, sabbato die, & dominico. Ante tempus cõputat pascha: & ante plurimos dies epulas parat. Secum uoluit attonitus famulus uẽtris, quibus cibis epulabitur. dei autẽ seruus, quibus gratiis ditabitur. Mox ut aduenit hospes: in charitate totus ex gulæ concupiscentia mouetur: detrimentum'q; suũ consolationẽ fratris existimat. in aduẽtu quorundam uinũ bibere statuit: &, dum uirtutem abstinentiæ sibi uidetur occulere: uitii seruus efficitur. Aduersus gastrimargiam sępe inanis gloria inimicitias gerit: & super infelici monacho, quasi uænali mácipio, inuicem pugnant. Hæc illum ut ieiuniũ soluat, impellit. illa contra ut uirtutẽ abstinentiæ prodat, omnibus urget. Sapiens monachus utráq; uitabit: & suo
tempore

tempore alterá altera arcebit: & ab se penitus abiiciet. Carnis igne crescente, illá puniamus: atq; in omni tempore, & loco abstinentiá seruemus. At cũ sedatus extinctus'q; fuerit: quod quidem, dum in uita sumus, fieri uix posse puto: tunc iam opus nostrũ atq; abstinentiá cęlemus. Vidi nonnunquá illusione dæmonũ seniores aliquos benedictione sua iuuenes non sibi subditos ad potandũ uinũ: atq; ad remittendam abstinentiá reliquá hortari. his, si fuerint ꝓbatę uitæ, atq; authoritatis: habuerint'q; testimonium in domino: obtẽperandum moderate erit. si uero negligentiores sint: huiusmodi illoꝝ benedictionem nõ curemus. id'q; potissimum: si adhuc carnis infestamur ardoribus. Putauit Euagrius sapientissimum se omnium alacritate ac sensibus fieri. sed fraudẽ passus sibi mẽtitus est miser: insipiẽtium'q; insipientissimus ex hoc ipso ostẽsus est: quod ut in plerisq; aliis, ita in hoc quoq; animaduerti potest. Ait enim quodá loco. Cum uarios, delicatos'q; cibos anima cõcupiscit: pane angustetur, & aqua. Simile enim quiddá dicere uidetur: acsi puero præciperet, ut scalaꝝ gradus omnes uno passu repente cõscenderet. Quam nos ipsius irrationabilẽ sententiam uertentes, ita dicimus. Cũ cibos uarios ac delicatos anima cõcupiscit, & quęrit: naturę proprium aliquid uidetur inquirere. quocirca summa in-

dustria contra huiusmodi callidissimam insi-
diatricem vigilãdum est. alioqnin grauissimũ
contra nos excitabit bellum: ruinę que laqueos
parabit. Primũ itaque abscidamus a nobis eos
cibos: qui impinguare possunt. tũ vero etiam
calidos: ne oleum flãmæ adiiciamus. deinde
vero suaues quoque, ac delectabiles. Si fieri po-
test: eos cibos corpori indulgeamus: qui facile
repleãt: & maxime leues viles que, & exigui sint:
vt ex repletione facili inexplebilẽ illius auidi-
tatem satiemus. per exiguitatẽ vero leuitatem,
atque vilitatem celeri digestione secuta, cito re-
spirare possimus: atque a nimio calore tanquã
a flagello liberemur. Si diligẽtius intueamur:
animaduertemus quotquot sunt ex rebus spi-
rantibus cibi: eos omnes in nobis calore suo
incentiuum excitare libidinis. Ride eum spiri-
tum: qui tibi post cibum vt consuetã refectio-
nis horam differas, improbe suggerit. Cum
enim nona hora superuenerit: priorẽ abnega-
uit concordiam. Alia insontibus, alia reis con-
tinentia cõuenit. illis enim corporis motus in-
signum est. isti vero vsque ad mortẽ, & finẽ ad-
uersus hoc inexorabiliter atque inrecõciliabili-
ter se habent. Ac priores illi quidẽ iugem ani-
mi moderationẽ seruare volunt. sequẽtes ve-
ro deũ per animæ mœrorẽ, perpetuam que cõ-
punctionem sibi placare student. Tempus lęti
tiæ, & cõsolationis perfecto quidẽ viro est: cũ
nulla

nulla rerum mortalium angitur cura. Ei vero, qui adhuc i certamine est: colluctatiōis tēpus. vitioso autē festiuitas festiuitatū, celebritas'q; celebritatū, insomnia ciboꝝ & dapū in corde gulę deditorum. Iudicioꝝ vero, atq; cruciatuū somnia in corde lugentiū. Contine ventrē: ne ipse ab eo tenearis: tunc'q; incipias cū rubore cōfusionis cōtinenter uiuere. Norunt quid dixerim, qui in secretam foueam inciderunt. viri autem eunuchi hoc experti nō sunt. venerem cogitatiōe sempiterni ignis circūdamus. Quidam enim, cū huic obtemperassent: postremo membra sua absciderūt: duplicem'q; mortem sibi consciuerunt. Animaduertemus, si inquiramus diligentius: naufragia nostra omnia ab isto fieri. Mens ieiunantis cū sobrietate orat: intemperantis autē impletur īmundis imaginibus. Ventris saturitas exsiccauit fontes. sin vero ille siccetur: pariet latices. Qui, ventri dum obsequitur, fornicationis spiritū vincere vult: is ei similis est: qui oleo incendium extinguere nititur. Si affligatur uēter: humiliabitur cor: sin autē ille foueatur: superbit cogitatio. Cōsidera teipsum prima diei hora, meridie, & vespere, antequā sumas cibum: atq; ex hoc addisces ieiunii utilitatē. Exultat quidem mane, atq; appropinquat cogitatio. sexta uero cū aduenerit: aliquāto remissior fit. circa solis uero occasum prorsus humiliatur. Affige uētrem:

& omnino frenabitur lingua. quippe multitudine escaꝝ hęc neruos accipit. Pugnãs pugna aduersus uentrem: & sobrietati propter hunc maxime stude. Nam si modicum laboraueris: continuo erit dominus adiutor tuus: & cooperabitur tibi. Laxi & molliti utres capaciores fiunt. sin autē negligãtur: minus capient. Qui uentrē ingurgitat: dilatauit intestina. qui uero aduersus hunc pugnat: contraxit, ac restrinxit illa. His autē restrictis, nihil opus est pluribus cibis: tunc'qꝫ iam naturaliter ieiunantes efficimur. Sitis nõnunquã sedauit sitim. fame uero famē abscidere, & durum est, & impossibile. Si quando te uicerit: hũc doma laboribus. quod si id per infirmitatem fieri non potest: uigiliis rursus aduersus eũ pugna. Si grauantur oculi: opus manuũ arripe. sin uero nõ adsit somnus: noli id tangere. Nam possibile non est Deo, & mamonę, hoc est, Deo, & operi manuũ, mentē assistere. Neqꝫ illud te lateat: quod plerũqꝫ dæmon stomacho insidet nostro: facit'qꝫ ut homo nunquã satietur: etiã si uniuersam comederit Aegyptũ: totum'qꝫ Nilum biberit. Post cibum gulę iniquus spiritus abscedit: fornicationis'qꝫ nobis spiritũ imittit: illi'qꝫ quid fecerit nuncians, apprehēde, inquit, illum: occupa: atqꝫ perturba. Nam uentre distento, nõ multũ in deiiciendo laborabis. qui cũ uenerit: continuo subridet: somno'qꝫ deuinctis nostris manibus

nibus

nibus & pedibus, omnia quęcunque uoluerit, facit: atque animam nostram, corpus'que contaminat phantasiis, inquinationibus, obscœni'que liquoris egestionibus. Et est sane mirandum spectaculum: uidere incorpoream mentem fœda corporis colluuione maculari, atque obscurari: eandem'que rursus per carnis huius lutum emundari: atque in tenuissimam naturę suę redire substantiam. Si angustam, arduam'que uiam pergere CHRISTO promisisti: reprime uentrem. hunc enim si foueas, atque distendas: pacta, & conuenta cum domino tuo irritasti. Intende animo: ut audias dicentem. Lata & spatiosa uia uentris est, quae ducit ad perditionem fornicationis: & multi sunt, qui per eam gradiuntur: & quam angusta ianua, atque arcta via est ieiunii: quae ducit ad vitam castitatis: & pauci sunt, qui per eam ingrediuntur. Princeps est dęmonum, qui cecidit Lucifer: & princeps uitiorum concupiscentia gulae. Cum ad mensam epulis instructam discumbis: procedat in medium iudicii mortis'que memoria. Vix enim sic uel parum concupiscentiae obsistes. Dum calicem bibis: memento item aceti, fellis'que domini tui: prorsus'que aut continebis: aut certe per gemitum sensu humiliore eris. Noli errare. Nunquam a Pharaone liberaberis: neque supernum pascha celebrabis: nisi semper amaritudines, & azima comederis. Amaritudines sunt ieiunii uiolentia, & afflictio. Azima uero sensus minime inflatus.

Imprimatur omnino respirationi tuæ sermo ille dicentis. Ego, cum mihi dęmones molesti essent: induebar cilicio : & humiliabā in ieiunio animam meā: & oratio animæ meę inhęsit. Ieiuniū est naturę violētia: circūcisio suauitatis fauciū: incentiuoꝝ omnium abscisio: malarum cogitationū amputatio: insomnioꝝ liberatio: orationis mūditia: insigne lumen animæ: mentis custodia: obcęcationis solutio: cōpunctionis ianua: suspiriū humile: lęta contritio: loquacitatis abdicatio: qetis occasio: obedientiæ custos: somni leuiatio: sanitas corporis: tranquillitatis author: peccatorū remissio: paradisi porta, & delitiæ. Interrogemus vt alios, ita & hunc: immo vero prę aliis omnibus hunc nostroꝝ hostiū nequā pręceptorem, vitiorum ianuā, ruinam Adam, Esau pernitiem, interitū Israelitaꝝ, Noe turpitudinē, Gomorrheorū proditorē, Loth crimē, filioꝝ Heli exterminationem, inquinationū ducem, vnde gignatur? quinā sint eius nati? quis itē sit, à quo cōteratur: & à quo in finē perimatur? Dic nobis o mortalium omniū nimium violenta domina, quę omnes auro inexplebilitatis emisti: vnde tibi introitū in nobis paras? quid've post ingressum tuū parere consueuisti? & quis nā sit exitus ex nobis tuus? quonā scilicet modo abs te liberamur? Illa vero agitata cōtumeliis nobis ita tyrannice cruenta, ferox'q̧ respondeat.

Quid

Quid me maledictis incessitis: qui mihi estis obnoxii? aut quomodo separari à me studetis: quæ naturæ cōnexa sum? Ianua mea natura ciboꝝ est: consuetudo vero inexplebilitatis mihi causa fit. porro materia ꝑturbatiōis meę consuetudo, quā dixi, atq; indolentia animæ, mortis'q; irreminiscētia. Stirpium vero meaꝝ nomina quomodo quęritis addiscere? Dinumerabo eas: & super harenā multiplicabūtur. Primogenitoꝝ tamē meorum eoꝝ, qui charissimi sunt, appellatiōes audite. Filius primogenitus meus fornicationis incentor est. Secundus ab illo est obdurationis author. Somnus est tertius. Mare cogitationū, inquinationum fluctus, profundum'q; secretarū atq; ignotarū imunditiaꝝ ex me prodeunt. Filiæ vero meæ sunt desidia, loquacitas, cōfidentia, scurrilitas risum mouens, cōtradictio, ceruicis duritia, tarditas ad audiendū, insensibilitas, captiuitas, elatio, atq; tumor, temeritas, mūdi amor. Cui succedunt oratio imunda, fluctus'q; cogitationū: nonnunquā vero calamitates quoq; pręter omnem spem & expectationē: quas necessario desperatio sequitur, omnibus acerbior & grauior. Oppugnat quidem me, sed non superat, peccatorum memoria: inimicitias per omnia contra me gerit mortis intenta cogitatio.

Nihil vero in hominibus est, quod me perfecte destruat. Qui paraclitū possidet: interpel-

lat eum aduersum me:ille'q; exoratus non me permittit operari uitiose. Qui vero nullũ illius gustum susceperũt: omnino dulcedinis ac sua uitatis meæ rapiuntur illecebris.

DE INCORRVPTIBILI PVDICI‑tia & castitate, quã mortales atq; corruptibiles laboribus sibi ac sudoribus q̃runt. Gr. XV

a VDIVIMVS modo insanã gulæ concupiscentiã suam esse progeniem libidinis, & fornicationis pugnã asse rentem. Docet enim nos hoc ipsum vetus ille pater noster Adam. Nã nisi gulæ illecebris superatus fuisset: nunq̃ quid esset coniux, agnouisset. Qui igitur primũ mandatum seruant: in secundum nõ incidunt pręuaricationis malũ: sed permanẽt filii Adam, modicũ quid ab angelis minorati. Atq; istud ne ĩmortale maneat malũ: vt ait uir ille summus, cui theologia cognomen dedit. Castitas est incorporeę naturę familiaritas. Castitas est CHRISTI iucundum diuersorium, terrestris'q; clipeus cordis. Castitas est excessiua naturæ abnegatio, corporis'q; mortalis atq; corruptibilis mirabilis re vera ad incorporeã spiritualem'q; substãtiam contentio. Castus ille est: qui amore amorem exclusit: ignem'q; igne spiritus extinxit. Pudicitia generale virtutũ omnium cognomẽ est. Pudicus est, qui ne in somnis quidẽ vllũ mo‑

tum,

tum,vllam'q; status sui mutationẽ sentit.Pudi cus est, qui perfectã semper insensibilitatẽ in corporum specie & varietate possedit. Hęc regula,hic finis est perfectæ cõsumatę'q; castitatis: vt ita animata, sicut inanimata intueamur: atq; ita ratiõabilibus, vt brutis corporibus affi ciamur. Nemo ex iis,q se studio castitatis exer cent: suis hanc laboribus, aut sua industria se acquisisse putet. Nam possibile nõ est vt quispiam naturã suam vincat. vbi deniq; natura superata est: illic is,qui super naturã est,aduenisse cognoscitur. Nã sine vlla cõtrouersia id,quod deterius est,à potiore destruitur. Initiũ quidẽ castitatis est cogitatiõibus sordidis nõ acquiescere, atq; per iterualla tempo℞ obscœno illo liquore simpliciter,& absq; vlla imaginis illusione respergi. Medium vero,naturalibus motibus ex repletione cibo℞ aduenietibus absq; imaginibus inquietari: ita tamen: vt ad fluxũ vsq; illi nõ perueniant. Finis autẽ,mortificare corpus iam antea mortuis cogitationibus sordidis. Felix re vera est, qui ad omnẽ colorem, corpus'q;, atq; aspectũ perfecte insensibilis effectus est. Non qui carnis lutũ sine sorde seruauit: hic castus est, sed qui huius mẽbra animæ perfectę subiecit. Magnus quidẽ & ille est: qui nulla ex tactu passione mouetur. maior vero, qui nullo aspectu vulneratus est: atq; cogitatione supnæ pulchritudinis igniuomũ spectaculum

culum vicit. Is quidē, qui per orationē imun-
dum canem ab se abigit: pugnanti leoni cōpa
ratur. Qui autē hunc luctando fugat: ei similis
est, qui adhuc persequitur inimicū suū. Porrò
qui huius impetū omnino redegit ad nihilū:
is, etsi in carne superest: iam tamen ex aceruo
surrexit. Si istud veræ castitatis certū argumen
tum est: imobilem in eis phantasmatibus, quę
per somnū videmus, persistere: is profectò erit
luxurię finis: si vigilans quispiā ex imundis co
gitationibus fluxū nō patiatur. qui sudoribus
suis, ac laboribus aduersus huiusmodi aduersa
rium pugnat: is ei similis est, qui inimicū suum
papiro ligauit. Qui vero cōtinentia, ac vigiliis
pugnat: ei similis est, qui cathenis hunc, torqui
bus'q; deuinxit. Porrò is, qui altissima humili
tate, & vacuitate iracūdiæ, siti'q; depugnat: is ei
comparatur: qui occidit inimicū: atq; in hare-
na occuluit. harenā vero intellige humilitatē.
Neq; enim vitiorū gregem pascit: sed terra, &
cinis est. Alius est, qui ex certaminibus: alius
vero, qui ex humilitate profunda: alius itē, qui
ex diuina reuelatione tyrannum uinctū tenet,
atq; captiuū. Atq; ex his alius quidē Lucifero,
alius magnæ fulgēti'q; Lunæ, alius verò splen
didissimo soli cōparatur. Omnium tamē con
uersatio in cœlis est. Ex auroræ quippe cando
re lux prodit. ex luce vero Solis iubar accendi-
tur. Ita & i iis, quos modo memorauimus, in-
telligendum

telligendū est. Somnū vulpes simulat, vt auem fallat. dęmō vero & corpus pudicitiā fingit: vt animam perimat. Ne credideris in vita tua luto carnis tuæ: neq; tibiipsi omnino fidas: donec CHRISTO domino obuiā pergas. Noli cōfidere: si per continentiā non laberis. nihil enim comedebat quidā: & tamen e cœlo deiectus est. Abrenunciationē quidam doctissimi viri pulchre ita definiunt. Aiunt quippe illā inimicitiā esse aduersus corpus, atq; aduersus gulæ cōcupiscentiā inexorabile bellum. In iis quidem, qui rudes imbuūtur: lapsus corporis ex delitiis maxime fieri solēt. in mediocribus vero etiā ex elatione animi. Porro in iis, qui perfectioni ꝓximiores sunt: solūmodo ex con demnatione, contemptu'q; superbo proximi. Quidam eos beatos dixerūt eunuchos: qui ita sunt geniti, tanquā violentissima carnis domi natione liberatos. Ego vero eos maxime beatos dico: q ex quotidiana pugna eunuchi fiūt. hi enim ratione veluti gladio quodā abscidere se ac mutilare solēt. Vidi quosdā non sponte ruere. vidi item alios sponte ruere velle, nec posse: eos'q; iis, qui quotidie corruūt, infelicio res existimaui: vt qui non possent fœtorē etiā appetere. Miserabilis quidē & ille, qui corruit. sed ille longe miserabilior: qui etiā alteri ruinę causa fuit. Duorū enim lapsuum, alterius'q; voluptatis onus ipse sustinet. Ne velis forni-

cationis

cationis spiritũ disceptando, vel cõtradicendo in fugã vertere. Ille enim persuadere probabiliter nouit: quippe qui aduersum nos naturaliter pugnat. qui sua industria carnẽ suã vincere, vel debellare vult: in vanũ currit. Nisi enim dominus domũ carnis deleuerit: domũ'q; animę ædificauerit: frustra quispiã hanc ieiunando, ac vigilãdo destruere nititur. Offer ante oculos domini carnis naturalẽ infirmitatem, tuam humiliter imbecillitatẽ agnoscẽs: prorsus'q; suscipies in intimis castitatis donũ. Est in iis, qui libidinis vrũtur ardoribus: iugis corporeæ cõiunctionis appetitus: vt mihi quidam retulit: qui hoc fuerat exptus: posteà'q; resipuerat: & iam cõtinentissime viuebat. Immundus sanè spiritus inuerecũdus, impudens, imanis, atrox, qui, dum cordis sensum impudẽter occupat: facit quoq; vt is, qui impugnatur, dolorem sentiat: atq; in morẽ fornacis vratur. Deũ deniq; nõ timet: æterni supplicii memoriã nihil ęstimat: orationẽ execratur: mortuorũ reliquias, acsi lapides inanimatos intueretur, atq; in ipsa nefariæ actionis cõsumatione infelicẽ hominẽ mentis impotẽ, ac totius rationis expertem facit: iugi'q; concupiscentia inebriat. Cuius nisi breuiati essent dies: nõ esset salua omnis anima, luto isto ex sanguine limo'q; sordido cõcreto vestita. Nec sanè mirum. Omne enim, quod factũ est, cognationem suã auidis-

sime

ſime expetit: vtputa ſanguis ſanguinẽ: vermis vermem: limus limũ, & caro igitur appetit carnem: tametſi nos, qui naturę noſtrę vim inferre, ac cœleſte regnũ concupiſcere ſatagimus: arte, & aſtu ſeductorem ludere ac fallere conamur. Beati ſanè ſunt, qui hoc pugnę genus experti nõ ſunt. Nos quoq; vt ab huiuſmodi periculo imunes ſimus, deũ ſuppliciter oremus. Qui enim in huiuſmodi foueam lapſi ſunt: ab aſcẽſu, ac deſcenſu ſcalę illius, quã vidit Iacob, lõge remoti ſunt. iis vero, qui eiuſmodi ſunt: vt ſurgere poſſint, ſudoribus, doloribus, afflictionibus, laboribus, fame, ſiti, ac ſumma rerũ omnium penuria opus erit. Aduertamus diligenter: & videbimus ipſos ſpirituales inimicos noſtros, vt ſit in bello uiſibili, in ipſo prælio, & pugna, quã aduerſum nos inſtruunt: ſingulos munus aliquod proprium ſubire. quod ſanè mirũ eſt. Animaduerti in iis, qui tentantur, caſus caſibus crudeliores. Qui habet aures audiendi, audiat. Conſuetudo eſt dæmoni, eos maxime, qui in certamine ſunt cõſtituti: qui'q; ſolitariam uitã delegerunt: toto malignitatis ſuę impetu, omni ſtudio & arte, omni'q; intentione & aſtu, ad ea uitia, quæ præter naturam, quę'q; ſecundũ naturam ſunt, impellere: eos'q; inde amplius oppugnare. unde & ii nonnunq̃, qui cum fœminis degunt: cũ nulla huiuſmodi concupiſcentia vruntur: ſe beatos dicũt: ignorantes

rantes miseri:quod ubi maior iteritus est: illic minore opus nō est. Duarum rerū ex causis homicidę illi,atq; miserrimi in iis,quæ præter naturam sunt: maxime oppugnare nos miseros, atq; vastare cōsueuerunt:& quod ruinæ materia vbiq; prōpta ac parata sit: & quia huic sceleri suppliciū grauius debetur. Nouit quod dictum est:iuuenis ille, qui prius onagris imperans, ad extremū a' spiritualibus ac sæuissimis onagris miserabiliter deiectus,atq; illusus est: & qui pridie cœlesti nutriebatur pane:postremo tanto,ac tā singulari munere priuatus est: quod'q; mirabilius est: post pœnitentiā suam amarissime ingemiscēs præceptor noster Antonius,Colūna,inquit,magna cecidit:neq; tamen ruinæ illius reserauit modū. Sapientissime sane'. Nouerat enim fornicationē esse,quę corporaliter sine alterius corporis cōiunctione admitteretur. Est qppe in nobis mors quędam,ac ruinæ pernities:quā in nobis,ac nobiscum semper circūferimus:in iuuentute maxime: quā equidem scripturę tradere ausus non sum.continuit enim manū meā is,qui ait. Quę enim in occulto a' quibusdā fiunt: turpe est & dicere,& scribere,& audire. Hāc meā nec meā inimicam amicā carnem Paulus mortē appellauit. Infelix enim homo,inquit,quis me liberabit de corpore mortis huius? Alius vero theologus vitiosam, & ancillā, & nocturnam

eam

eam vocat. Auebam autem addiscere cuius rei gratia talibus aduersus illã appellatiõibus vti/tur. Si ergo (vt prędictũ est) caro mors est: profectò qui hanc vicit: omnino non moritur. Et quis oro ille homo est, qui viuet: & nõ videbit mortem inquinationis suę carnis? Quærendũ cẽseo quis maior sit? ille: qui, cũ mortuus esset, resurrexit? an qui omnino mortuus nõ est? Nõ nulli secundum beatũ dicunt. sed hi profectò falluntur. Nam CHRISTVS, cũ mortuus fuisset, resurrexit. Qui autẽ primum beatũ pu/tant: nullã volunt inesse moriẽtibus, ĩmo verò cadentibus desperationẽ. Clemẽtissimũ deum esse imanis ille inimicus fornicationis author dicit: huicq́ vitio, quippe naturali, facile ignoscere. Si vero fraudes dæmonũ obseruemus diligentius: inueniemus eos post fœdã actionẽ, iustum illũ iudicem, durumq́ atq inclemen/tem appellare. Nam prius quidẽ, vt nos ad peccatũ hortarẽtur, clementiã illius suggerebant: post lapsum vero iam illius inuiolabilẽ iusti/tiam suggerunt: vt nos in desperationẽ pręci/pitent. Cum vero mœrori & desperatio cõiungitur: nos ipsos miseros agnoscere, & dicere, aut accusare, vel vlcisci ꝓ culpa nõ possumus. Hac vero amota & extincta, rursus qui nimiã dei clementiam suggerat, tyrãnus insequitur. Quia incorruptibilis, atq icorporeus deus est: idcirco maxime castitate, atq integritate cor/

poris

poris nostri delectatur. Aiunt quidã: nulla re ita vt fœtore luxurię dæmones lętari. itaq; vitio nullo ita delectantur, vt inquinatione corporis nostri. Castitas hominẽ deo maxime familiarem, &, quãtum possibile homini est, similẽ facit. Mater quidẽ dulcedinis terra perfusa rore. Castitatis autẽ mater est quies obedientiæ coniuncta. Nõnunquã corporis beata illa imobilitas, quã ex quiete acquisiuimus: si mundo appropinquet: nõ inconcussa permanet. ea vero, quæ ex obediẽtia prouenit: vbiq; probabilis, firma, atq; imota perdurat. Vidi plerũq; superbiam humilitatis authorẽ: venit'q; in mentem ille, qui dixit. Quis agnouit sensum domini? Ruinæ foueã fastus, ac superbia gignit. Ruina volẽtibus sępe fuit humilitatis occasio. Qui concupiscentia gulæ ac satietate fornicationis spiritum vincere vult: is ei similis est, qui oleo extinguit incendium. Qui vero sola continentia bellũ hoc sedare, vel superare nititur: ei similis est, qui vna manu natans, pelago liberari cõtendit. sit ergo humilitas cõtinentiæ coniuncta. Nam sine illa prior hęc inutilis agnoscitur. Is, qui se uno quodã vitio amplius vrgeri cõspicit: contra ipsum solum ante omnia se ipsum armet: & maxime si hostis ĩtestinus sit. Nisi enim iste ꝓfligatus fuerit: nihil nobis reliquos vicisse proderit. Cum vero Aegyptium hũc nos quoq; percusserimus: omnino deum

in humilitatis rubo intuebimur. Sensi ego aliquando cū tentaret: gaudium quoddā irrationabile, & consolationē animæ lupum istū ad me fallēdum excitasse: puerili'q; nimiū sensu, fructū me, nō corruptionem tenere putabā. Si omne peccatum, quodcūq; homo peccauerit: extra corpus est: qui autē fornicatur: in corpus suum peccat: idcirco ita dictum est: quia ipsius carnis substantiam fluxu inquinare consueuit. quod in aliis peccatis cōtingere possibile non est. Quæro iam ego: quid est, quod in peccatis reliqs seductos homines dicere consueuimus: cum vero quēpiam fornicatum fuisse audiuerimus: cū dolore dicimus? Ille cecidit? Fugit hamū celeriter piscis. ita & animus voluptati deditus aduersatur solitudinis quietem. Quoties aliquos sibi inuicem turpi & nefario vinculo diabolus ligare voluerit: vtrasq; partes diligenter explorans, illic ignem imittere incipit: vbi concupiscentię flāmam facilius excitari posse animaduertit. Nōnunquā ii, qui circa voluptatem proni sunt: cōpati, misereri, ac facile cōpungi videntur. qui uero castitati student: nō sic talia possident. Vir quidā scientissimus problema terribile quęsiuit ex me, quod, inquiēs, peccatum grauius omnibus est, homicidio, Christi'q; abnegatione exceptis? Cum'q; ego illi respōdissem: in hęresim labi: & quonā, inquit, modo catholica ecclesia hęreticos quidē, cum

hęresim

hæresim priorem toto animo repudiauerint, atq; anathematizauerint: suscipit: atq; ad sanctorum mysterioꝝ cōmunionem, ut idoneos admittit: eũ uero, qui in fornicationem lapsus fuerit: confitenté, atq; peccatũ ipsum omnino deserentem, introrsus suscipiẽs, per annos aliquot eũ a' uenerandis, ĩmaculatis'q; mysteriis ex traditione apostolica separare permittitur? Hac ego ambiguitate percussus, stupui: ambiguum'q; illud permansit ambiguũ. Perscrutemur diligenter: metiamur: atq; obseruemus quænã nobis, dum psallimus, iucũditas, ac sua uitas ex fornicationis spiritu, quęnam uero ex spiritualibus eloquiis, atq; ex eorũ uirtute & gratia obueniãt. Noli o' iuuenis tibiipsi occultus, & ignotus esse. Vidi enim quosdã, dum ex animo pro suis charis ac dilectis orarẽt: ex huiusmodi memoria in nequitiæ concupiscentiã pręcipitatos charitatis legẽ se implere putauisse. fit nonnunq̃ ut ex solo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius: nihil periculosius. Admoneat te is, qui matris manui pallium circũdedit: atq; ab iis, quę uel naturalia, uel præter naturã sunt: proprio, atq; alieno corpore comprime manũ. Nemo (ut reor) omnino recte sanctus dicitur: nisi prius lutũ hoc in sanctificationẽ traduxerit: si tamen uel traduci potest. Cum in lectulo decũbimus: tunc maxime sobrii ac uigilantes simus. Tunc enim

mens

mens exuta corpore cum dæmonibus luctatur:&,si iueniatur voluptatibus addicta: libenter in proditioné labitur. Memoria mortis tecum semper quiescat: tecum'q; simul euigilet: sola'q; semper ruminãda oratio IESV. Nullum enim adiutoriũ in somno his præstantius, aut efficacius inuenies. Sunt nonnulli, qui sola ciborũ causa huiusmodi bella aduersum nos excitari, atq; obscœni humoris profluuiũ fieri putant:atq; asseuerant. Ego auté extrema fatigatos ęgritudine,& ad summũ ieiunantes valide huiuscemodi aspergine fœdare cognoui. Interrogaui aliquãdo probatissimũ quẽdam, ac discretionis gratia ornatũ monachũ: quid de his sentiendũ esset? mihi'q; admodũ lucide beatus ille respõdit. Est,inquit,in somnis quędam seminis emissio:quę ex ciborũ multitudine,& requie est. & alia, quę ex superbia cõtingit:cũ scilicet diutius mundi fœda hac respersione persisterimus: & per hoc in superbiã efferimur:fit rursus plerũq;:cum iudicamus, ac cõdemnamus proximũ. Horum, inquit, generũ duo cõtingere etiam infirmis possunt; fortassis & omnia. Porro siquis seipsum prędictis omnibus causis mundũ esse conspicit:hic ex huiusmodi tranquillitate beatus est. qui vero ex dęmonũ inuidia id patitur, deo id fieri ad tempus permittẽte:fit vt per hanc calamitaté,quæ sine peccato est,altissimã tuto possideat humilitatem.

litatem. Nemo nocturna phantasmata, quæ in somnis viderit: per diem secũ voluere, ac retractare velit. Id enim dæmones idcirco moliuntur: vt ex huiusmodi somniis vigilãtes inquinent. Aliã quoq; hostiũ nostrorũ audiamus astutiam. Sicut cibi, qui corpus lædũt: post annum, siue diem infirmitates in nobis gignere consueuerunt: ita nonnunquã & in eis causis fit, quę animã inquinãt. Vidi quosdam, cũ delicatius viuerent: nõ statim oppugnari. vidi itẽ alios, cum mulieribus vna' cibũ sumere, ac degere: neq; cõtinuo iniqua cogitatione pulsari. Qui tamen hac fiducia decepti, ac negligentiores effecti, cũ in cellula sua pacẽ atq; securitatẽ esse putauissent: cõtinuo in interitũ pręcipitati sunt. Cuiusmodi autẽ iste interitus sit, qui singulatim nobis solis & in corpore, & in anima contingit: is, qui expertus est, nouit, q vero expertus nõ est: scire nõ potest. Quo in tempore summũ nobis adiutoriũ præstabit ciliciũ, & cinis, totis'q; noctibus statio imobilis, panis desiderium, ardens lingua, modice'q; irrorata, sepulchrorum habitatio, atq; ante oĩa humilitas cordis, &, si fieri potest, pater spiritualis, aut frater, solicitus, canus'q; sensu ad auxiliũ adhibeatur. Miror enim, si quispiã solus ex huiusmodi pelago nauẽ seruare integrã possit. Eidem vero sceleri nõ eadẽ semper debetur pœna: neq; idem a' quocũq; indifferẽter admittitur. sed ex

eodem

eodem lapsu centuplum alius quã alius puniri merebitur. Intelligitur aũt hęc differẽtia ex locis, profectibus, moribus, aliis'q; plurimis. Mirabile mihi quidã, supremum'q; castitatis insinuauit culmen. Quidã aiebat, cũ pulchritudinem, ac venustatẽ corporũ intueretur: ex ea admonitus magnifice glorificauit opificem: atq; ex solo huiusmodi spectaculo in amorem dei, fontem'q; lacrimarũ excitatus est. Erat'q; stupor ingẽs, videre, quod alteri fouea ruinę fuisset, id alteri coronarũ causam pter naturã fieri. Huiusmodi vero si semper hoc sensu, atq; hac actiõe perdurat: ante cõmunem resurrectionẽ iam in incorruptionẽ trãsiit. Eadem regula & in melodiis, & in cãticis vtemur. Nam ii quidem, qui deum diligunt: in halaritatem, diuinam'q; dilectionẽ, atq; in lacrimas & ex mundanis, & ex spiritualibus canticis excitari solẽt. Contra autẽ ii, qui voluptatibus addicti sunt: vndiq; sibi perditionis materiã colligũt. Quidam (vt supra iã diximus) in remotioribus locis oppugnari amplius solent. quod mirũ non est. habitãt enim illic libẽtius dęmones: quippe qui a' domino in desertis atq; in abyssis ad salutem nostrã relegati sunt. Solitarium acerrime oppugnant nequitię spiritus: vt ex desperatione profectus e' deserto ad sęculũ reuocẽt. a' nobis, si in sęculo degimus: discedũt: vt, dum illic nos minime oppugnari perspicimus: sæ-

cularibus rebus iā securi inmoremur. Vbi sane
oppugnamur: illic profecto aduersus inimicū
pugnamus. nam nisi oppugnetur a nobis: ipse
quoqꝫ amicus noster efficitur. Dum vero alicu
ius necessitatis gratia in sęculo versamur: ma-
nu domini protegimur: fortassis per orationē
spiritualis patris: ne dominus per nos blasse-
metur. nōnunquā vero id fit per indolentiam
nostram: quod iis, quę dicūtur, ac geruntur in
sæculo, diutius assuefacti obcalluerimus: siue
quod dęmones spōte secesserint: nobis'qꝫ ela-
tionis, ac tumoris locū reliquerint. quo vno vi
tia omnia implentur. Audite artē aliā, atqꝫ
versutiā seductoris huius omnes, qui castitatē
exercere, atqꝫ seruare delegistis. Enarrauit mihi
quidam ex iis, qui fraudē hanc experti fuerāt:
quod is fornicationis spiritus seipsum ad finē
vsqꝫ subducit: summam'qꝫ monacho interim
religionis reuerentiā suggerit. fortassis vero &
lacrimarū flumina, per id maxime tēpus, quo
cum mulieribus sedet, ac loquitur: suadet'qꝫ, vt
eas de memoria mortis, de iudicii die, de pudi
citia admoneat: vt per hos sermones, fictam'qꝫ
religionis speciē, ad lupum tanquā ad pastorē
infelices ac miseræ adcurrāt: facta'qꝫ iam fidu-
cia, & cōsuetudine, tunc demū infelix mona-
chus i flagitii ruinā ꝑcipitetur. Solerter quęso
fugiamus, caueamus'qꝫ eū fructū vł videre, vel
audire: quē vltra nō gustare istituimus: Miror
enim

enim si Dauid sublimi illo propheta nos ipsos fortiores arbitremur: quod fieri non potest. Nempe adeo sublimis, ac singularis castitatis laus est: vt eam pleriq; patrũ impassibilitatem appellare ausi sint. Aiunt quidam: post peccati gustum impossibile esse quẽquã castum nominari. Ab his ego longe dissentiẽs, ita definio: & possibile esse, & facile ei, qui syluestrẽ, & infe racem oleam in decorã ac frugiferam velit inserendo conuertere. Nam si corpore virgo ille fuisset, cui cœlorũ creditæ sunt claues: iuste fortassis isti, prudenter'q; decernerẽt. sin vero: ille eos confundat: qui & socrum habuit: & castus fuit: & regni claues suscipe a domino meruit. Varius, ac multiplex est fornicationis serpens: eos'q;, qui concubitũ experti nunquã sunt: vt solũmodo experiantur, ac desinãt, importune solicitat. eos vero, qui iam experti sunt: ex memoria obscœni facti, vt iterũ experiri velint, infelix hortatur. Plurimi ex prioribus per ignorationem mali huius minus oppugnantur. At qui iam sceleris huius periculũ fecerũt: perturbationes infestius, ac bella patiuntur. Verũtamen contra nõnunquam contigit: quoties ex somno pacifici quidã, & trãquilli exsurgimus: sancti nos angeli latẽter cõsolantur: id'q; tum maxime fit: cũ in summa orationis, ac sobrietatis intẽtione obdormierimus. Plerũq; etiam ex iniquis somniis, & visionibus læti e somno

expergiſcimur. Vidi impium ſuperexaltatũ,& eleuatum,& perturbatũ in me, ſicut cedros Libani: & trãſiui per continentiã: & ecce nõ erat vt prius furor eius: & quæſiui eũ: dum humiliaſſem cogitationẽ meam: & nõ eſt inuentus locus eius, aut veſtigiũ. Qui corpus vicit: is etiã naturã ſuperauit. qui vero naturã ſuperauit: is profectò ſupra naturã effectus eſt. porrò is, cui id contingit: modicũ quid minus quã angeli, habet: vt non dicã nihil. Mirum nõ eſt, ab incorporeo, & omni materia remoto eũ, qui ex corpore,& materia cõſiſtat: oppugnari: atq; et vinci. ſed illud ſane mirũ, atq; omni admiratione digniſſimũ: ſi is, qui corpore indutus eſt: cum hac inimica & inſidioſiſſima materia pugnans, incorporeos hoſtes in fugã conuertat, ac ſuperet. Summam circa nos deus in hoc quoq; prouidentiã gerens, procacitatẽ fœminæ quaſi freno quodã pudore reſtrinxit. Nam ſi hęc ad marẽ ſponte accurreret: nõ fuiſſet ſalua omnis caro. Pleriq; patrũ diſcretiõis gratia maxime inſignes, aliud eſſe definiunt primum tentantis impetũ: aliud in cogitando moram: aliud cõſenſum: aliud captiuitatẽ: aliud luctã: & aliud eam, quæ paſſio ſiue ptũrbatio in animo dicitur. Impetũ enim beati illi eſſe aiunt, ſermonem ſimplicẽ, ſiue imaginem cuiuſcũq; rei cordi recenter iniectam. morã vero: cũ quis ei imagini, ſiue cũ paſſione aliqua, ſiue præter

passionem imoratur. Consensum autẽ, nutum, atq; inclinationẽ animę ad eam imaginẽ cum voluptate. Captiuitatem vero, violentã inuiti cordis abductionẽ, siue iuge ad quęcunq; con gressum, atq; optimi nostri status exterminiũ. Luctam vero esse definiunt: cũ pari virtute pugnatur: & sponte sua quisq; vel supatur, vel vin cit. Passionem vero eã proprie esse dicunt: quę tempore longiore in animo vitiosius insedit: eum'q; ex cõsuetudine in suum habitũ tradu xit: adeo vt sua sponte, propria'q; volũtate iam ad eam currat. Ex his omnibus gradibus prior quidem sine peccato est: Secundus nõ ita: sed cum aliquo peccato est. Tertius vero pro cer tantium colligitur statu. porro lucta vel coronatum, vel suppliciorũ causa est. Nempe enim captiuitas aliter orationis tempore, aliter præter orationis tẽpus iudicatur: aliter itẽ in mediis. atq; aliter in malis cogitationibus existimatur. Sed passio sane in omnibus absq; vlla controuersia vel dignæ pœnitentię, vel futuro cruciatui subiecta est. Itaq; is, qui primũ illum impetum sine vllo passiõis sensu versat: extrema illa omnia penitus abscidit. Est apud di ligentissimos, & maxime discretos patrũ alia quoq; horũ subtilior ratio, & notio: quod paratipismũ quidam appellari dicunt: idest: subtilissima animi quædã latens'q; subreptio: quę flatus instar tenuis sine vlla tẽporis mora, di-

ctoq; omni & imaginatione celerius passioné patienti insinuare cósueuit. nullum hoc spiritu celeriorem, nullú occultioré inuenies. quippe qui tenui memoria absq; vlla cósensus imoratione, absq; tempore, sine attactu, apud quosdá vero etiá absq; notione ulla aduentú suú animo indicat. Siquis igitur huiusmodi subtilitatem per gemitú comprehédere potuit: hic nos instruere iam, ac docere poterit: vt solo oculo, simplici'q; aspectu, & tactu manus, auditu'q; cátici cuiusdam prçter intentioné omné, atq; cogitationem fornicari anima latenti voluptate potest. Aiunt quidá: ex cogitatione fornicationis ad actum nefariú corpus deduci. Alii econtra: ex corporis sensibus iniquas cogitationes gigni asseuerant. atq; priores quidé illi hac ratione nitútur: quod nisi mens, atq; animus accurrerint: nunquam sequi poterit corpus. esse enim id sub ditione animi. Sequétes vero corporalis vitii malignitaté ita pro affirmatione sensus sui allegant: vt dicant nónunquá ex venustissimo aspectu, vel tactu manuum, vel olfaciendi suauitate, vel suauissimæ vocis auditu, cogitationibus nequitiæ aditú patere ad cor. Sed de his qui in domino potest, clarius doceat. Sunt enim ista iis, qui discretionis actione imbui cupiút: nimiú & necessaria, & utilia. Nam eis quidé, qui in simplicitate ac rectitudine cordis operantur: nulla hoꝝ ratio habenda

est.

est. neq; enim est omnium scientia: neq; rursus omnium est beata simplicitas certa, ac tuta cõtra hostiles nequitias lorica. Nonnulla quidẽ uitia ex intimis progrediũtur ad corpus: quædam uero cõtra à corporeis sensibus ad animã penetrant, atq; hoc ultimũ secularibus maxime. primũ uero illud eis, qui solitariã uitã delegerunt, quod eis materię nõ adsint: cõtingere uideas. Ego de hoc illud iterim dixerim. quęres apud malos prudentiã: & nõ inuenies. Quoties intentius aduersus fornicationis spiritum pugnantes, hũc ex corde nostro per ieiunii lapidẽ, atq; humilitatis gladiũ excruciatũ eiecerimus: tũc iam corpori nostro ueluti uermis quidã insidens, in improbos quosdã, atq; irrationabiles motus miser ille pelliciens, nos inquinare conatur. quod illi maxime perpeti solent: qui inanis gloriæ spiritũ sequuntur. dũ enim se hac peste liberatos gloriantur, nulla ẽt cogitationũ nequã assiduitate pulsati: in morbum illũ prolapsi sunt. Atq; quod id uerũ sit: cum se isti ad solitudinis quietẽ contulerint: se ipsos diligẽti inquisitione discutiant. inueniẽt profectò cogitationẽ quãdam in cordis abditis, ueluti serpentem in sterquilinio delituisse: quæ proprio illos studio, atq; alacritate uirtutem intimę castitatis acquisisse, suggesserit.

Non intelligũt miseri illud apostoli. Quid enim habes, quod nõ acceperis, uel gratis, uel

ex deo,

ex deo, uel ex alterius ope & oratione? Inspiciant ergo isti diligenter: atq; omni studio prędictum colubrũ ex cordis sui latebris summa humilitate mortificatũ abstrahãt: vt ab ipso liberati possint & hi fortasse aliquando tunicas pelliceas exuere: triumphalem'q; castitatis hymnũ vt illi castissimi infantes deo canere: si tamen ita exuti nõ inueniantur illo℞ humilitate nudi. Obseruat & hic ipse spiritus longe amplius cæteris tempora. &, cum corporis habitu aduersus ipsum orare nõ possumus: tũc maxime impurus nos oppugnare nititur. Cõuenit iis, qui nondũ veram cordis oratione possederunt: corporeæ exercitatio orationis: videlicet manuũ extensio: tonsio pecto℞: gemituũ, singultuum'q; pturbatio: syncerus, ac iugis in cœlum cõspectus: perpetua genuũ curuatio. quæ omnia, dum nonunquã propter præsentes facere nõ possumus: tũc maxime nos oppugnãt dęmones. Cum nec dũ mentis soliditate, orationis'q; secretissima virtute cõtra hostes nostros isurgere valemus: necessario fortassis illis cedimus. Exili cito, si possibile est: abscondere modicũ secretius: eleua animæ aciem, si potes. sin vero: vel exterioribus luminibus in cœlum respice. extende in figurã crucis imobiles manus: vt per ipsam quoq; formã, & habitũ orantis Amalech confundas, & superes. Clama ad eum, qui saluare te potest: nõ in sapientia, ornatu'q;

natu'q; verborũ: sed in simplicitate, atq; humilitate sermonis ante omnia ita semp exordiẽs. Miserere mei: quoniã infirmus sum. Tunc experieris altissimi virtutẽ: atq; inuisibiliter inuisibiles per iuisibilis persequeris auxiliũ. Qui sic pugnare assuefactus est: cito, ac solo nutu animi persequi hostes, ac fugare poterit. Sed prioris illius laboris hoc extremũ in remunerationem datur Dei operariis: & merito sane. Cum aliquando in cõgregatione quadã essem: notaui solicitũ atq; studiosum fratrẽ, dum a malis cogitationibus molestiã pateretur: nec inueniret illic locũ idoneum orationi ad naturę necessaria simulatã necessitate exisse: atq; illic aduersus hostes validissima oratione cœpisse confligere. Cum vero loci indignitate permoueret: cur, ĩquit, loci huius quasi minus idonei te facies mouet? Persequebantur me ĩmundæ cogitatiões. ego in loco ĩmundo, vt sordibus emundarer, oraui. Omnes quidẽ dęmones primo intellectũ nostrũ obnubilare contendunt: atq; ita demũ ea, quę sibi amica sunt, suggerũt. nisi enim mentis nostrę claudantur oculi: thesaurum nostrũ furari non poterũt. sed fornicationis spiritus multo cæteris violentius instat. Hic deniq;, cũ nonnunquã principẽ mentẽ tenebris obduxerit: ea homines facere inducit, quæ soli amentes operantur. Quocirca cũ post aliquod interuallũ temporis mens resipuerit.

non

non eos solú,qui viderût: sed nos ipsos quoq; erubescimus,turpes actus nostros,vel locutiones,uel habitus ipsos recolêtes:priorem'q; nostram obcæcationẽ obstupescimus.deniq; plures sępe ex huiusmodi discretiõe hac peste geuerunt. Aduersare totis viribus eũ hostem, qui te post actũ fœdũ orare, vel religiose agere, vel vigilare ꝓhibet: memor eius, qui dixit. Idcirço autẽ,quod mihi molesta sit anima anticipationibus violẽter oppressa: faciã vltionẽ eius ex inimicis eius. Quis est, qui corpus vicit? qui cõtriuit cor? qui seipsum abnegauit? nã quomodo non cõteretur is,qui volútati mortuus est? Est inter vitiosos alius alio vitiosior: videas'q; nõnullos ipsas quoq; sordes ac scelera sua suauiter & cũ voluptate confiteri.Solent imundæ turpes'q; cogitatiões a seductore cordis fornicationis spiritu suscitari. quarũ tamen medicina ꝯtinentia est:atq; eas nihili existimare:quonã autẽ more,& modo meũ hunc amicum vinciens in morem cęteroꝝ diiudicẽ nescio.prius enim quã illum vinciam,soluitur:& antequã diiudicem, cũ illo in gratiã redeo: & antequã puniam, flector. Quomodo illũ vincam: quẽ vt amem,a natura suscepi? quomodo ab eo liberabor: cui in sæculum colligatus sum? quomodo mecũ etiã surgẽtem destruã? quomodo incorruptibilẽ ostendã: qui naturã accepit corruptibilẽ? quid illi rationabile persuadens

suadens dicam: qui per naturam mille rationibus ac psuasionibus nititur. Si enim ipsum ieiunio vinciã: rursus proximũ iudicans tradori: si & iudicare desistens, hũc superem: elatus corde in eũdem pręcipitor: est'q; coopator, & hostis: adiutor, atq; aduersarius: auxiliator simul, & insidiator. Si foueatur, oppugnat: si affligatur, debilior fit: lasciuit per quietẽ: rursus'q; verbera & flagella nõ sustinet. Si illum cõtristem, periclitor: si feriã: per quem virtutes acquiram, non habeo. Quid sit circa me sacramẽti: quænam sit meę cõcretiõis ratio: quomodo mihi & amicus sim, & inimicus: quis uideat? qs intelligat? Dic tu mihi o coniux mea, o natura mea (neq; enim de te ab alio quã abs te discere otabo) quomodo ex te inuulneratus maneã? quomodo possum naturale periculũ effugere? quãdo iã bellũ aduersum te gerere CHRISTO pollicitus sum? quomodo tuam tyrãnidem superẽ: ex quo vim tibi iferre delegi? Illa vero aduersum seipsam (vt ita dixerim) respondens ita dicere videbitur. Non tibi id loquar: quod ipse nõ nosti: sed quod simul ambo cognouimus. Ego in meipsam dilectiõe glorior mane. Exterioris quidem incendii genitrix, & causa, in primis est cura nimia, atq; immodica requies. Porro interioris flãmę, motus'q; cogitationum ex pręcedente requie, actibus'q; pręteritis occasio gignitur. Ego, cũ iniqua concepero,

pero,pario scelera:quę,simul atq; nata fuerint; per desperationē generant mortem. Si meam, tuam'q; profundā infirmitatem penitus noueris: meas vinxisti manus. Si gulæ concupiscentiam fregeris: meos obligasti pedes: ne gradi in anteriora possint. si obedientię collum submittas: à me disiunctus es. si possideas humilitatem: amputasti caput meum.

DE AVARITIA VBI ET DE NVditate rerum omnium Gr̃e XVI

PLVRIMI sapientissimi doctores post præfatū tyrānum hunc auaritiæ millecipitē spiritum statuere cōsueuerunt. Itaq; ne insipientes nos sapientū imutemus ordinem: eandē regulam, terminum'q; secuti, pauca prius de morbo, ac sic postmodū de ipsius curatione loquemur. Auaritia, siue cupiditas est idolorū veneratio infidelitatis filia: infirmitatū occasiōes prętert: senectutis est vates: terræ siccitatem præcinit: venturæ fami prospiciendū suadet. Auarus est euāgeliorum irrisor, transgressor'q; voluntarius. Qui charitatē possidet: pecunias spargit. Qui uero utrāq; rem continere se dicit: ipse se fallit. qui semet ipsum luget: etiā corpus abnegauit. Nam si ad id se tempus uocet: neq; illi parcet. Ne dixeris pauperum gratia pecunias cōgrego. Duobus

enim

enim minutis cœleste regnũ uæniit. Hospitalis, & auarus sibi inuicem obuiauerunt: postremus'q; priorem indiscretũ appellauit. Qui uicit hoc uitiũ: amputauit curas. q uero illo deuinctus est, nunquã orabit pure. Auaritię initiũ elemosynas pretendit. finis uero est odiũ pauperum. Dum cõgregat quisq;: misericors efficitur. at cum adfuerit pecuniarũ copia: contrahit manus. Vidi nõnullos pecuniis pauperes: qui prioris suę paupertatis obliti in conuersatione pauperũ spiritu diuites effecti sunt. Monachus cupidus nunquã patet accidię. horis enim singulis illud apostoli uoluit. Qui ociosus est nec mãducet. Ac rursus. Manus istę ministrauerũt mihi, & iis, qui mecum erant.

DE NVDITATE

NVDITAS rerum omniũ curarũ est depositio, securitas uitę, uiator omnibus impedimẽtis liber, mœroris alienatio, mãdatorũ fides. Nudus monachus mundi totius est dominus. Deo enim curã sui credidit: & per fidẽ omnes possidet seruos. nõ dicet homini necessitatẽ suam: sed quę afferũtur: quasi de manu domini suscipiet. Nudus operarius totius mortalis affectionis inimicus, quæ sibi adsunt, quasi nõ sint, ita existimat: & si apprehendat Anachoresis: omnia arbitrabitur ut stercora.

stercora. sin uero contristetur in aliquo: nondum quæ sit uera nuditas, agnouit. Vir nudus purissimam orationem emittit. qui vero cupidus est: materiæ imagines in oratione versat. Qui in sancta subiectione durant: a cupiditate longissime remoti sunt. quid enim iã habeant proprium, qui ipsum quoq; corpus suũ alieno imperio exposuerũt? Huiusmodi vno hoc tantum detrimento affici consueuerũt: quod ad migrandum prompti semper, ac parati sint.

Vidi plerunq; monachos in loco ex aliqua materia sibi tollerantiã acquisiuisse: quibus tamen eos ego beatiores censui: qui propter dominum virtutẽ illã studiose sectantur. Qui superna gustauit: facile terrena contẽnet. qui vero sine gustu illoꝝ est: terrenis possessionibus lętatur. Is, qui sine ratione nuditatẽ hanc sequitur: duabus ex partibus læditur. nã & præsentibus abstinet: & futuris priuabitur. Caueamus igitur o monachi: ne auibus infideliores videamur. illę enim nihil solicitę sunt: neq; cõgregant. Magnus quidem & ille est: qui pecuniis pietatis gratia renunciat. sed ille profecto sanctus est: qui volũtati suę abrenunciauit. nã alter quidẽ centuplũ siue per pecunias, siue per gratias accipiet: alter autẽ sempiternam vitam hæreditario iure possidebit. Neq; fluctus vnquã deerunt mari: neq; auaro iracũdia, & mœror deesse poterunt. Qui auaritię materiã con-

tempsit:hic lite omni & cõtrouersia liber euaˀsit.qui vero possidere amat:pro acu etiam vsq; ad mortem corrixabitur. Fides cõstans circuncidet curas.porrò mortis memoria corpus ipsum quoq; abnegabit. Nõ fuit in Iob vllum auaritiæ vestigiũ: atq; ideo priuatus omnibus sine turbatione perstitit.Radix omniũ maloꝝ cupiditas & est,& dicitur.Hæc enim & scelera, & furta,inuidias,cædes,diuortia,inimicitias, procellas,iniuriaꝝ memoriam,crudelitatem, mala deniq; omnia iuenit.Modica ignis scintilla ingentẽ syluam pleriq; totã succenderũt: vna'q; virtute,qua scilicet nulli mortalium rerum afficimur: vniuersa illa vitia diffugiunt. Porrò huiusmodi virtutem experimentũ, gustus'q; dei parit,& cura solicita reddendę à nobis in fine rationis.Non ignorat, qui intentus legit,matris maloꝝ rationem. ait enim in sua nequã & execrabili stirpe secundam suam esse progeniẽ lapideã insensibilitatem.Sed prohibuit me propriũ illi ordinem distribuere serpens ille multiceps idoloꝝ seruitutis: qui nescio quo pacto tertiũ ordinem apud patrũ discretissimos in octo principaliũ vitioꝝ cathena sortitus est:quẽ nos dum mediocriter tetigerimus:loqui iam de ĩsensibilitate volumus: quippe quę tertia ab ea dicitur,quę secunda in ordine generationis est:post quã rursus de somno,& vigiliis,ꝑterea & de puerili,atq; ignaua formidine,

ua formidine,paucis differemus.Hi enim mor bi ꝓprie illoꝝ sunt,q adhuc rudes imbuunť.

DE INSENSIBILITATE VIDELIcet mortificatione animæ & morte mentis ante mortem corporis Gꝝ XVII

INSENSIBILITAS & in corporibus, & i spiritibus est emortuus sensus ex diutino langore in insensibilitatem desinens.Indolentia est,quę in habitum transiuit negligētia. Segnis ac torpens animi intentio pręsumptionis est germen,alacritatis impedimentū,fortitudinis laqueus,cōpunctionis ignoratio,desperationis ianua, obliuionis mater:quā dum genuerit:ipsius filiæ suæ fit filia exclusio timoris.Indolens est stultus philosophus ab seipso damnatus expositor, sibimet contrarius locutor,cæcus videndi magister:de sanitate vulneris disputat: atq; id fricando exasperare non desinit: contra morbū loquitur: & quę sunt noxia,manducare nō cessat.aduersus seipsum orat:& protinus ad opus suū proficiscitur.id dū perficit:sibiipsi indignatur:nec verborum suoꝝ pudet miserū. Malefacio clamat: & tamen acrius instat. Os contra vitium orat:& corpus ꝓ vitio luctatur. de morte philosophatur: qui quasi nūquā sit moriturus,ita viuit.De separatione corporis, & animæ seuerius

rius admonet: & quasi sempiternus futurus sit, dormitat. de continentia disputat: & pro gulæ concupiscentia certat. cum de futuro iudicio legit: subridere incipit: de inanis gloriæ fuga meditatur: & eadē in ipsa lectione capitur. de vigiliis dum loquitur: expectoratur: & ipse somno protinus imergitur. Orationem collaudat: & eam nō secus quā flagellum vitat. obedientiā summis laudibus effert: primus'q; ipse contra hanc agit. Eos, qui nulla mūdi affectione cōpediuntur: extollit: nec erubescit ipse pro vili pāno contendere, atq; pugnare. iratus amaricatur: atq; in ipsa amaritudine rursus irascitur. nec sentit, dum ruinā adiicit ruinę. Saturatus pœnitentiā agit: modicum'q; progrediēs rursum saturitate distenditur. Silentium beatū dicit: ipsum'q; per loquacitatē laudat. de mansuetudine admonet: & in ipsa doctrina nōnunquā irascitur. Cum resipuerit: ingemit: atq; agitans caput rursus perturbatione corripitur. Vituperat risum: ac subridens de gemitu docet. semetipsum vt inanis glorię cupidū in plerisq; accusat: & per eam sui vituperationē sibi gloriam quærit. Affectu libidinis in faciem respicit: & de pudicitia disputat. deserti, & quietis sectatores ipse in sæculo degens collaudat. misericordes glorificat: & paupes exprobrat. semper sui accusator est: & tamē resipiscere nō vult: ne dicā non potest. Vidi ego huiusmodi

plurimos, cum de exitu, æterno'q; iudicio verba fieri audirẽt: illacrimari: &, cũ adhuc essent in oculis lacrimę: ad mensam solicite accurrere. admiratus'q; sum quomodo luctum quoq; hæc pernitiosa, & male olens domina captiuare potuit ingẽti insensibilitate roborata. sed lapideæ huius & pręcipitis, insanæ'q; simul & fatuæ dominę vulnera, & dolos quãtum satis visum est, pro tenui cognitione & facultate mea denudaui: neq; diu aduersus illã verbis pugnare consilii est. Porrò siquis in domino est, qui experimento suo possit vulneribus afferre remedia: non illũ pigeat id exeq. Ego enim imbecillitatem in hoc meam ingenue confiteor. quippe qui ab huiusmodi peste fortiter detineor. nam neq; fraudes illius, & artes à meipso potuissem deprehendere: nisi hãc summa vi tenuissem: eam'q; diligẽter examinans, quę prędicta sunt, cõfiteri fecissem: timoris domini, & infatigabilis orationis illã duplici flagello cędens. Quocirca & hæc dicere videbatur violenta illa & neqſsima domina. Ii, qui mihi fœdere deuincti sunt: mortuos vidẽtes rident: in oratiõe stantes lapidei toti & duri, tenebris'q; pleni sunt: sacram'q; intuẽtes mẽsam, quasi ad gustãdum cõmunem panẽ cõuenerint: affecti sunt. Ego, cũ aliquos compũgi video: irrideo: cuncta'q; ex affectus alacritate gignuntur bona. is, qui me genuit, pater necare me docuit.

Ego

Ego risus mater, ego somni sum nutrix. ego satietatis amica. ego cū reprehendor, non doleo. ego falsę religionis speciei connexa sum. Itaq; stupore percussus, atq; ĩsanæ sermonibus territus, interrogabā: quod esset eius genitoris nomen? Illa vero ad me, ego, inquit, nō vnam habeo natiuitatē: sed mista quodāmodo, atq; instabilis ratio meę cōceptionis est. Me satietas roborat: me tempus auget: me pessima cōsuetudo cōsolidat. ea vero qui detinetur, a me nunquā liberabitur. Insiste ingētibus vigiliis. iudicium sempiternū infatigabili studio meditare. ita tibi forsitan parūper cedam. Intuere diligentius occasionē, ex qua tibi nata sum: & aduersus matrem meam constanter certa. neq; enim vna mihi indifferēter est mater. inter sepulchra frequenter ora: eorum'q; indelebilem imaginem in corde tuo pinge. Hanc enim nisi ieiunii stilo tibi descripseris: me in æternum vincere non poteris.

DE SOMNO ET ORATIONE ET psalmodia in conuentu Gr. XVIII

SOMNVS est naturę ex parte cōstantia, imago mortis, sensuū feriæ. Vnus quidem est somnus. habet autē plurimas, sicut & concupiscentia, occasiones, siue causas. fit enim verbi gratia ex natura, ex cibis,

ex dęmonibus: fortassis vero etiam ex summo imoderato'q; ieiunio: ex quo dum caro lacessit: seipsam iam per somnũ consolari quærit. Sicut imoderatus potus ex consuetudine pendet: ita & de somno sentiendũ est. Quocirca in initiis renunciationis contra hæc vigilantissime pugnandũ est. Perdifficile est enim longã consuetudinẽ curare. Obseruemus diligentius: & inueniemus, cũ insonuit signũ spiritualis tubę: visibiliter quidẽ cõgregari fratres: inuisibiliter vero conuenire inimicos: atq; hos quidem, cũ experrecti fuerimus, adstare lectulo: nos'q;, vt iteℝ decubemus lectulo, hortari. Expecta, inquiũt, dum cõpleantur principales hymni: sic'q; demum in ecclesia proficisceris.

Alii, cum ad orationem assistere cœperimus: nos in somnum præcipitant. Alii pręter consuetudinem ventrem immoderate stimulant. Alii vt iuicẽ in ecclesia colloquamur, hortantur. Alii mentẽ nostrã in turpes cogitationes pertrahũt. Alii super parietẽ reclinare nos vt debiles admonent. nonnunquã vero etiam oscitare imodice faciunt. Nonnulli illoℝ orationis tempore risum nobis mouẽt: vt per hũc ad indignationem contra nos deus prouocetur. Alii per summã desidiam festinare nos in versum pronũciatione impellunt. Alii contra psalmodiam protrahere voluptatis causa hortantur. Nonnunquã vero ori etiam assidentes

nostro, ita illud claudũt: vt vix aperiri posse videatur. Is, qui, dum orat, deo se assistere intimo cordis affectu existimat: vt columna perstabit imobilis: nec ab vllo eorũ illudetur: quos modo p̃diximus. Verus obediens, mox vt ad orationem stare cœperit: illustratur totus: nõnunquam vero etiam exultatione perfunditur. Est enim huiusmodi pugil præparatus, & per integerrimũ purissimum'q; ministeriũ iam antea ignitus. Omnibus quidẽ possibile est cũ multitudine orare: plurimi vero cũ vno solo vnanime fratre congruentius orant. paucorũ vero valde est solitaria oratio. Si cum multitudine psallas: purgatissimá, & ab omni materia remotam orationem offerre non poteris. Cæterum pro exercitatione mentis ea, quæ canuntur eloquia, tunc speculare: vel rursus, dum vt versum proximus finiat expectas: intẽtius ora. Nihil, dum oras, ĩmiscere orationi decet: siue id inutile sit & ociosum, siue vtile & necessarium. sed orationi & operi distribuenda sunt opera. Quod manifeste docuit is, qui magnũ Antonium erudiuit, angelus. Probat quidem aurum fornax. sed studium & charitatem in deum monachorum probat orationis intentissimę qualitas.

DE CORPORALIBVS VIGILIIS qualiter arripiẽdæ & exercẽdę sint Gr. XIX

TERRENIS quidẽ, ac mortalibus regibus qui adstant: alii expediti, ac nudi ferẽ sunt: alii fasces, alii clipeos, alii gladios tenent. Est autẽ ingens atq; incõparabilis prio℞ ad sequentes differentia. qppe illi proprie cognati regis esse atq; familiarissimi solent. hi vero serui, & ministri. Et ista quidem ita se habẽt. Age vero iá nos quoq; quonámodo in vespertinis, diurnis'q; cõuentibus, & orationibus Deo & regi nostro assistimus, solertius inspiciamus. Quidá enim in vespertinis pernoctationibus expeditissimi, & ab omni cura nudi puras ad orationem extendunt manus. Alii cum psalmo℞ modulatiõe in hac assistunt. Alii lectioni magis incũbunt. Quidã per opus manuũ ex infirmitate virili aduersus somnũ repugnant. Nõnulli mortis meditatione se exercent: ex huiusmodi cõsideratione cõpunctionem sibi acquirere studẽtes. Ex his omnibus primi, & postremi diuinis excubiis insistũt. Secũdi vero monasticę magis vitæ propiores sunt. Tertii vero inferiorem ambulant viam. Verum deuotione & virtute offerẽtium deus munera & suscipit, & æstimat. Vigilans oculus expiauit mentẽ: imodicus somnus obtudit, & excæcauit animũ. Peruigil monachus

fornicationis

fornicationis inimicus: somniculosus vero cō
tubernalis eius est. Vigiliæ incendiū libidinis
frangunt: atq; a' somniis liberant. Suffusus la-
crimis oculus, tenerum'q; cor, & ad sui custo-
diam erectū, cogitationes cautissime obseruat:
cibos fornacis in morem consumit: passiones
edomat: linguā restringit, & reprimit: fugat'q;
phātasmata. Vigilās monachus piscatur cogi
tationes: eas'q; per tranquillitatē noctis facilli
me & considerare, & capere potest. Dei amator
monachus, mox vt sonus tubę increpuerit ad
orationem vocās: lætus & hilaris dicit: Euge,
euge. negligens vero: ve mihi, ve mihi. Mensæ
pręparatio gulę deditos arguit. orationis autē
exercitatio dei amatores probat. Prior ille, dū
instructam cōspicit mensam: gestit lætitia: se-
quens autē mœstior fit. Somnus multus ob-
liuionis opifex: vigiliæ vero memoriā emun-
dant. Diuitias agricolę ex area, & torculari col
ligunt. monachi vero suas opes, & scientiā ve-
spertinis maxime nocturnis'q; orationibus &
animi exercitationibus congregant. Somnus
multus iniquus est socius: dimidiū vitę negli-
gentibus, siue amplius diripit. Improbus mo-
nachus in collocutionibus, & fabulis vigil: cū
autem orationis ora superuenerit: somno illi
grauātur oculi. Mollis, ac lasciuus monachus
in loquacitate probatus. At vbi lectio illata fue
rit: aspicere præ somno nō valet Cum nouissi-
ma tuba

ma tuba insonuerit: mortuorum erit resurrectio. ita & cū sermo ociosus personare cœperit: dormientium erit euigilatio. Amicus fallax soporis tyrannus nonnunquā, postquā satiati fuerimus, cedit: fame'que, & siti nos acriter oppugnat. Opus manuū, cum orare pergimus, ferre nobiscum suggerit. aliter quippe uigilantium orationem demoliri nequit. Primus hic rudibus oppugnādo subrepit: siue ut eos initio negligentiores faciat: siue ut spiritui fornicationis uiam paret: quousque liberi ab eo simus: cū multitudine psallere nō deuitemus. sępe enim fit, ut adstantium oculos ueriti dormitare erubescamus. Inimicus est leporibus canis. ita & somno inanis gloriæ spiritus. Finita die uenditor, monachus uero psalmodia finita, residens computat lucrū. Permane post orationem sobrius ac uigilans: tunc'que cateruas dæmonum aspicies. Nam ut qui à nobis in oratione expugnati fuerint: post orationē iniquis nos phantasiis circūuenire moliuntur. Residens obserua diligētius: inspicies'que eos, qui cōsueti sunt primitias animę diripere. Fit nōnunquā ut in somnis ex assiduitate exercitii laudabilis psalmorum meditemur eloquia. plerū'que uero dęmones ea suggerūt nobis: ut nos ad superbiā eleuent. Tertium genus dicere nolebā: nisi me quidam coēgisset. Anima, quæ uerbū domini quotidie sine intermissiōe meditatur: solet per

soporem

soporem quoq; in eodem imorari. Est enim hoc secundũ primi proprie remuneratio: quo scilicet spiritus, phantasmata'q; euitantur.

DE IGNAVA FORMIDINE GR. XXI

QVI in cœnobiis, siue cõuentibus uirtutem arripit: non ualde consueuit oppugnari formidine. qui uero in remotioribus locis solitarius degit: caueat ne unquam sibi formido dominetur, cenodoxiæ germen, & infidelitatis filia. Formido puerilis est mos in vetula, & ab inani gloria oppressa anima. Formido est fidei euersio in expectatione earũ rerum, quę non videntur. Timor est præmeditatum præuisum'q; periculũ. Siue ita: Timor est sensus tremulus cordis, qui de incertis calamitatibus iugiter agitatur indignans. Timor est certæ cõfidentię ac securitatis priuatio. Superba anima est formidinis ancilla, sibi ipsi fidẽs, sonitus'q; & umbras rerũ quarũlibet metuens. Ii quidẽ, qui amant: nec dolent: formidine omnino carent. qui vero formidolosi sunt: lugent: & desperant: stuporẽ mentis plerunq; patiuntur: & merito sane. Iustus enim cũ sit deus: superbos deserit: vt reliqui nõ extolli doceamur. Cuncti quidem formidolosi sunt, qui inanem gloriá sequũtur. non autem ideo omnes quoq;, qui carent formidine, sunt humiles.

miles. Nam & latrones, & qui sepulchra vio-
lant: nulla formidine trepidant. In quibus lo-
cis consuesti expauescere: ad ea non te pigeat
noctu proficisci: nam si iis, quæ parua sunt, ce-
das: consenescet tecũ puerilis ista & ridiculosa
perturbatio. Dum vero ad ea proficisceris: ora-
tionis armis accingere: & cũ perueneris: expan
de manus: & IESV nomine cæde inimicos.
nulla enim neq; in cœlo, neq; in terra sunt ar-
ma potiora. Liberatus ea peste, liberatorẽ tuũ
collauda. Nam si illi gratias referas: in æternũ
proteget te. nunquã poteris ventrẽ subito im-
plere. ita ne formidinem quidẽ statim vincere
valebis. pro mensura luctus formido citius, vel
serius recedit. Inhorruerunt pili, & carnes meę,
inquit Eliphaz, dæmonis astutiam enarrans.
Aliquando quidẽ anima, nõnunquã vero cor
pus ante formidare ĩcipit: alterum'q; alteri paf
sionem cõmunicat. Quoties formidine corre-
pta carne metus improbus in animã irrumpe-
re non potest: iusta est infirmitatis huius libe-
ratio. At cum pro contritione cordis insperata
omnia prompte expectamus: tunc re vera for-
midine liberati sumus. Non tenebræ, non lo-
corum solitudo dęmones cõtra nos roborat:
sed animæ sterilitas: plerũq; vero etiam disci-
plina diuina nobis dispensatiõe permissa. Qui
verus seruus est domini: propriũ, solum'q; do-
minum timebit. qui autem hunc necdum me-
tuit:

tuit: vmbram quoq; suam sępius extimuit. Instante quidem inuisibiliter spiritu, terretur corpus. adstante vero angelo, exultat humilium animus. Quocirca ex effectu huius pręsentiam noscentes, ocyus ad orationem recurramus. Nam vt nobiscum oret, nos'q; adiuuet, clementissimus custos noster aduenit.

DE MVLTIFORMI CENODOXIA Gr. XXI

SOLENT pleriq;, dum de vitiis disputant: inanem gloriā seorsum definire a supbia. Vnde & octo esse principalia, & primaria vitia dicūt. Theologus vero Gregorius, alii'q; plurimi doctores, septem ista esse tradiderūt: quos ego maxime sequor. Quis enim inanem gloriā deuicit: & superbus fuit? Ea vero est ambarum adinuicem differentia: quę est naturaliter pueri ad virum: & tritici ad panē. hoc enim principiū est: illud finis. Nunc igitur de initio & plenitudine passionū, nefario scilicet tumore, tempore admoniti paucis loquamur. Qui enim de his longissime philosophari nititur: is ei similis est: qui de ventorum pondere incassum curiose quærit. Cenodoxia est specie quidem imutatio naturę, morum'q; peruersio, & obseruatio querelæ: qualitate vero, laborū dissipatio: sudorum perditio: thesaurorum

rum insidię:perfidię alũna:superbię pręcursor: in portu naufragium:in area formica:quę, etsi tenuis est:laboribus tamen omnibus, & fructibus insidiatur. Expectat formica: dum perficiatur triticũ: cenodoxia vero, dum cõgregentur opes. Gaudet illa vt furetur: hæc autẽ vt dissipet. Gaudet desperatiõis spiritus: cũ videt multiplicari uitia. cenodoxia uero, cũ uirtutẽ multiplicari uidet. prioris ianua multitudo uulnerum: secũdi uero diuitię laborũ. Obserua diligenter: & usq; ad mortem, & sepulchrũ inuenies hanc nefariam labem quotidie uestibus, unguentis, pompis, aromatibus, & aliis florere. Lucet omnibus affatim Sol: omnibus'q; studiis cenodoxia adgaudet. Verbi causa. Ieiunio: inaniter glorior. Latendi causa soluo ieiunium. tanquã prudens iterũ glorior. Si splendide uestiar: uincor ea peste. si uilius induar: denuo glorior. si loquar: hac superor: si taceã: rursus superatus sum. quocũq; hunc tribulum ieceris: erecto persistit aculeo. Eiusmodi vero gloriosus est fidelis idolorũ cultor: qui deum quidem colere & venerari videtur: hominibus vero, non Deo placere studet. Omnis autẽ huiusmodi est, qui ostentationi obsequitur: eius vero ieiunium absq; effectu mercedis erit: eius item improba oratio. Vtraq; enim ad hominũ laudẽ captandã operatur. Monachus inaniter glorians duabus ex ptibus lęditur. Corpus enim

enim per afflictionem cõterit: nec vllam inde mercedem recipit. Quis nõ rideat cenodoxiæ operarium? qui, dum ad psallendum stat: ab ea exagitatus ĩterdum ridet: interdũ in oculis omnium deflet? Abscondit nõnunquã deus ab oculis nostris etiã quæ possidemus bona. Vir autem laudator, ĩmo vero seductor per laudes oculos aperit nostros. his auté apertis à nobis euanuere diuitię. Adulator est dęmonũ minister, superbię dux, cõpunctionis exterminator, bonorũ demolitor, erroneus ductor. Qui enim beatos vos dicũt, inquit: illi vos seducũt. Sublime quidem est, illatas cõtumelias fortiter, libenter'q; perferre. sanctũ vero ac iustũ, laudes absq; læsione transire. Vidi lugẽtes, dum laudarentur, iracũdiæ facibus succensi: & veluti in nũdinis passione passionem cõmutare. Nemo quę sunt hominis, nouit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Erubescant igitur, & obmutescant, qui nos in faciem beatos dicere nitũtur. Cum audieris quod te vel proximus, uel amicus tuus maledictis insectatus sit absentẽ, siue etiam pręsentem: tũc ostende charitatis opus: atq; illum ipse collauda. Magnum quidẽ est, laudes hominis ab anima excutere: sed longe maius, aduersari dæmonũ laudes. Non ille humilitatem ostendit: qui seipsum deiicit: & uilẽ dicit: (quid enim mirũ, si seipsum tolleret?) sed qui ab alio probris respersus charitatẽ in illũ

integram

integrã atq; inuiolabilem seruat. Animaduerti cenodoxiæ dęmonem, dũ cogitationes fratri suggereret: alteri quoq; prius eas reuelasse: ut cum ab eo, quę in corde suo uersarentur, audiret: hunc ueluti pręcognitorem laudaret: ac beatũ diceret. Ipsa quoq; corporis mẽbra carpere, repentinos'q; corpori tremores excitare consueuit impurus hic spiritus. Non illum audias: cũ tibi ut episcopatũ, uel monasterii principatum, uel magisteriũ suscipias, ingerit. Est enim laboris imodici, canem a macelli mensa remouere. solet, cũ uiderit aliquos uel modicũ inquietis proposito, ac tranquillo statu profecisse: mox ut relicta eremo ad sæculũ proficiscantur, hortari: Abi, inquiens, in salutem animarum pereuntiũ. Alia Aethiopum est, & alia statuarum forma. Ita & alius modus est inanis gloriæ eo℞, qui in sæculo, & alius eo℞, qui in desertis degunt. Sęcularium aduentũ pręuenit inanis gloria: leuiores'q; monachos aduenientibus obuiã progredi hortatur: eorum'q; prouolui pedibus. Ita quę est superbię plenissima: humilitatẽ simulat: mores, habitũ, incessum'q; moderando componit: submissa loquitur uoce: atq; ad manus aduenientiũ ut aliquid accipiat, respicit. Dominos, ac patres, & primarios appellat: & qui post deũ sint uitæ illo℞ causa. Ad mensam residentes abstinere hortatur: & inferiores absq; misericordia exagitat: eos, q in psalmodia

psalmodia negligẽtiores esse solent: fortiores facit: mutis'q̃, & sine voce venustatem vocis adiicit: somniculosos'q̃ vigilãtes efficit: adulatur ei, qui præest canoni: primatum'q̃ sibi largiri affectat: &, dum hospites abscedunt: patrẽ illum, & magistrum nominat. eos, qui honorati sunt: supbos facit: & qui despecti: iniurię memores ostendit. Cenodoxia nonnunquã pro honore ministrauit ignominiã. suis enim discipulis irata confusionem illis maximã induxit. Cenodoxia feruidos iracũdia mites in conspectu hominum, & mansuetos fecit. hæc naturalibus bonis, ac donis vtplurimum insilit: & per ea infelices sternit. Vidi dęmonem socium, ac fratrem suum perturbasse, atq̃ effugasse. Nam cum aliquãdo frater irasceretur: aduenirent'q̃ interea sæculares hospites: ex iracundia in cenodoxiã trãslatus est miser. simul enim vtriq̃ seruire non poterat. Is, qui seipsum cenodoxię vendidit: duplicem viuit vitã. Nam inter monachos habitu degens in sęculo mẽte & cogitatione versatur. Si ad supernã gratiam festinamus accurrere: supernam gloriã degustare studeamus. qui enim illã degustauerit: terrenam omnẽ protinus cõtemnet. Miror enim siquis absq̃ illius gustu hãc possit aspernari. Sæpe fit vt qui ab inani gloria p̃dati, ac vastati fuimus: cõuersi postmodũ illam acrius vastemus. Vidi quosdã operarios spirituale exercitiũ ex inani

gloria cœpisse: abiecto'q; postmodũ noxio, ui tioso'q; principio, correpta intentione, laudabi li fine quod minus recte cœpant cõsumauisse. Qui prærogatiuis naturalibus, puta acumine, peritia, lectione, pronũciatione, ingenio, cæte ris'q; omnibus, quæ nobis sine nostro labore proueniunt: extollitur: hic nunquã eis, quę su pra naturam sunt, bonis potietur. Qui enim in modico infidelis est: in multo quoq; infidelis erit. Eiusmodi vero est seruus inanis gloriæ. Pleriq; vt supremã tranquillitatem, diuitias'q; gratiarum, ac miraculo℞ perpetrationẽ, & vir tutem pręnoscendi adipiscerẽtur: corpora sua incassum cõtriuerunt: ignorãtes miseri, quod non labores, sed summa humilitas huiusmodi munera pariat. Qui munera pro laboribus exi git: hic periculosum iecit fundamentũ. qui ve ro seipsum debitorẽ ęstimat: is insperatas gra tiarum opes repente suscipiet. Caue ne perdito ri vnquã obtemperes: cũ te quasi pro audien tiũ vtilitate virtutes propalare suggerit. quid enim proderit homini: si mũdo vniuerso pro sit: sibi vero ipsi detrimentũ faciat? Nihil ęque ac humilis, nec vlla simulatione fucatus habi tus intuentes ędificare poterit. fit enim & aliis viaticum, nunquã extolli. quo quid maius ad vtilitatis rationem esse possit, nõ video. Nota uit quidam ex iis, qui videre acutius poterant: narrauit'q; quid viderat. Cum sederẽ, inquit, in

cœtu

cœtū quodam: aduenietes ad me cenodoxię, & superbię dæmones iuxta me ex vtraq; parte sederunt. & vnus quidē ex his digito illo suo uanissimo pulsauit latus meū: hortans vt aliquid,quod ad contemplationē pertineret:siue opus quodlibet in deserto a me gestū loqueter. quem cū a me repulissem,dicens: Conuertantur retrorsum,& erubescant qui mala mihi cogitant:protinus is,qui a sinistris erat:ad aurē mihi dixit. Eia bene fecisti:magnus'q; effectus es.quippe qui impudentissimam matrem meam viceris. Ad quem ego rite sequētia versus resumens dixi. Aduertantur statim erubescentes, qui dicūt mihi eia bene fecisti. Eundē ego cum interrogassem:quomodo inanis gloria sit superbię mater:ita respōdit. Laudes,inquit,animam eleuant,& inflant.porro cū anima ad elationē venerit: iam tunc illā superbia assumēs ī cœlū usq; attollit: & usq; ad abyssos deiicit. Quædā gloria est,quæ a domino prouenit. Ego enim,inquit,eos,qui me glorificát, glorificabo. Est & alia,quę ex diabolico apparatu,& fraude proficiscitur. Ve enim,inquit,cū uos benedixerint oēs homines. Priorem apertissime cognosces:cum illā ut detrimentū existimās,omni conatu aduersatus fueris:& quocunq; proficiscens cōuersationem tuā occultaueris. Secundam uero:cum uel pa᷑ aliquid,ut ab hominibus inspiciaris,operatus fueris.fin-

gere eam, quę in nobis non est, uirtutē scelerata suggerit. Sic enim, inquit, luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant bona opera uestra: & glorificent patrē uestrum, qui in cœlis est. Plerūq; dominus inanis glorię cupidos in illius odium per aliquā contingentē sibi ignominiam traduxit. Cuius odii initiū est oris custodia, amor'q; uilitatis & ignominiæ: mediū uero, intellectualium omniū inanis glorię studiorū amputatio: finis uero (si tamen ullus est abysso finis) ea omnia coram multitudine studiose, ac sine ullo doloris sensu quærere, quæ ad ignominiā pertinent nostram. Noli confusionem tuā abscondere, quasi id ueritus, necui uidearis offendiculū ponere. Iam uero etiā secundum culpę, & erroris speciē non eodē fortasse medicamine semper utendū est. Quoties nos gloriā aduocauerimus: siue cū inuocata; ab aliis tamen ad nos pręmissa peruenerit: siue cum ad inanem gloriā studiose aliqua facere tentamus: luctus nostri meminerimus, ac nostræ secretioris & trepidę orationis: prorsus'q; illius improbitatem obtundemus: atq; irreuerentiam transferemus. sit tamē ueræ orationis nobis cura. Sin autē: uel mortis nostrę considerationem citius arripiamus. si uero ne id quidē possumus: uel eam cōfusionē metuamus, quæ gloriā inanē sequitur. qui enim se exaltat: humiliabitur nō solū in futuro sęculo, sed in pręsenti

senti quoq;. Quoties nos laudatores, imò verò seductores laudare cœperint: citius iniquitatū nostrarum multitudo memorię occurrat: inueniemus'q; nos ipsos indignos iis, quæ in nostram laudē dicuntur, vel geruntur. Sunt inter inanis gloriæ studiosos, qui in quibusdā petitionibus suis exaudiri à deo debeant: quorum deus ideo anticipare orationes, & preces cōsueuit: ne per orationis studiū id, quod petierant, accipiētes superbiores fiant. Non valde solēt, qui simpliciores sunt, in venenū istud īcidere. Cenodoxia quippe est simplicitatis amissio, fictaq; institutio. Vermis plerūq;, dum excreuerit: natis alis in sublime subuectus est. ita & cōsumata inanis gloria superbiā peperit: quę malorum omniū dux, princeps, & cōsumatio est.

DE SVPERBIA GR. XXII

SVPERBIA est dei abnegatio, inuentio dęmonū, aspernatio hominū, condēnationis mater, laudū progenies, sterilitatis argumētū, diuini adiutorii expulsio, stuporis præcursor, lapsuū ministra, casus materia, iracūdiæ fons, simulationis ianua, firmamentum dæmonū, delictoꝝ custos, duritiæ & crudelitatis artifex, cōpassionis & misericordiæ ignoratio, amarus exactor, immitis iudex, dei aduersatrix, blasphemię radix. Initiū

superbię finis est inanis gloriæ: Medium vero, despectio proximi, & laborum suorum impudẽs diuulgatio, laus in corde, reprehensionis odiũ: Finis vero, abnegatio diuini adiutorii, proprii'que studii elatio & cõfidentia, dæmoniacus mos. Audiamus intentius omnes, qui foueã istã cupimus effugere. A gratiarum actione plerunque hæc pestis teterrima solet incremẽta suscipere. neque enim initio improbe deum abnegare suggerit. Vidi quẽdam deo gratias ore agentem, sensu'que superbe gloriantem. Testatur id apertissime phariseus ille, qui dixit. Deus gratias ago tibi. Vbi ruina contigit: illic antea superbia tabernaculum fixerat. prius enim illud hoc subsequens indicat. Ponamus duodecim esse passiones ignominiæ. audiui insignẽ quẽdam & honorabilem dixisse virum. Si vnam harum, elationẽ dico, voluntate diligas: sola ea reliquarum vndecim locũ implebit. Altum sapiens monachus cõtradicit vehementer: humiliter aũt sentiens contradicere nescit. Non sustinet cypressus in terram inclinari: neque monachus elatus corde obtẽperare. Vir excelso corde dominari appetit. aliter enim perire vtcunque non potest: immo vero non vult. Superbis dominus resistit. quis iam illos miserari potest? Immundus apud deum est omnis elato corde. quis iã huiusmodi mundare poterit? Disciplina quidem superborum lapsus est: stimulus dæmon: derelictio

ctio autem stupor. Et in illis quidẽ prioribus homines sæpe ab hominibus curati sunt. extremũ vero curari ab hominibus nõ potest. Qui reprehensionẽ ab se excutit: hoc se morbo laborare significat. qui vero illã admittit: pestis eius vinculo solutus est. Si absq; alio vitio hoc solo cœlestis quidã de cœlo corruit: quærendum: an forte humilitate sola sine virtute alia possibile sit in cœlũ conscendere? Superbia est diuitiarum virtutis, sudorum'q; perditio. Clamauerunt: nec erat qui saluos faceret. Idcirco penitus, quia cũ superbia id fecerunt: clamauerunt ad dominũ: & non exaudiebat eos. Ideo omnino, quia causas, cõtra quas orabant: non absciderunt. Superbientẽ fratrẽ probatissimus ac discretissimus senior spiritualiter corripuit. Ad quem ille cæcutiẽs ait. Ignosce pater: neq; inaniter glorior: neq; superbus sum. Tunc sapientissimus senior ad eũ. Et quonam, inquit, modo fili manifestius declarare potuisses te hoc morbo laborare: quã vt diceres superbus non sum? Talibus itaq; confert plurimũ subiectio deuota, crassius atq; ignobilius institutum vitæ, virtutum'q; clarissimorũ patrum, quæ naturam excedere videntur: intentissima lectio: fortasse vel sic erit huiusmodi languẽtibus aliqua salutis spes. Pudor est alieno ornamento ornari, extremę'q; dementię dei donis extolli. quæ'q; tibi ante natiuitatẽ fuere virtutũ bona:

eis solis gloriare. Nam quę tibi post natiuita-
tẽ sunt: ea tibi deus largitus est: vt ipsam quoq;
natiuitatẽ. Quas virtutes præter mentẽ acqui-
sisti: illæ solæ tuæ sunt. Mentem enim tibi lar-
gitus est deus: & quæ extra corpus exegisti cer
tamina: ex tuo solo studio fuerũt. Corpus qp-
pe non tuũ est opificium: sed dei. Noli cõfide-
re, quoad sententiam suscipias: cũ videas quẽ-
dam, postquã introductus in thalamũ fuerat:
atq; discubuerat: ligatis manibus, & pedibus
in exteriores relegari tenebras. Noli elata cer-
uice gloriari: luteus cũ sis. Plurimi enim, q san
cti, atq; omni materiæ pondere fuerunt liberi:
de cœlis deiecti sunt. Cum in suis operariis lo
cum cœperit dæmon: tũc iam ipsis in somnis,
aut per visum in figura veluti sancti angeli, vel
martyris alicuius apparens mysterioꝝ reuela-
tionẽ, vel gratiaꝝ munera largitur: vt per hunc
modũ seducti miseri perfecte demũ sensu inte-
gro & sanitate mentis excidant. Etiam si mille
mortes pro CHRISTO pateremur, ne sic
quidem satisfacere, aut debitũ nostrum imple
re possemus. Alius quippe est dei, alius seruoꝝ
sanguis: secundum dignitatẽ dico: non secun-
dum substantiã. Nunquã nos ipsos disquire-
re, & diiudicare desinamus: iugiterq; probatis
simoꝝ patrum, qui ante nos luminariũ in mo-
rem splenduerũt: vitam, ac mores intueamur:
nosq; ad illoꝝ comparationẽ studiosius exa-
minemus.

minemus. tunc sane, tũc nos ipsos ne vestigiũ quidem diligentioris conuersationis attigisse inueniemus: sed sęculari adhuc instituto imorari. Monachus ꝓprie est animi oculus omni elatione carens, immobilis'q; corporis sensus. Monachus est, qui hostes ferarũ in morẽ prouocat, & irritat: cũ illi ab ipso fugiant. Monachus est iugis excessus mentis, ac mœror vitæ. Monachus est, qui ita virtutibus affectus est: vt esset voluptatibus alius. Monachus est lux, oculos cordis iugiter irradians. Monachus est humilitatis abyssus, spiritũ omnem pręcipitãs & suffocans. Superbia, & fastus obliuionẽ peccatorum ingerit. nam illorũ perpetua memoria humilitatis est opifex. Superbia est animæ suprema inopia: dum illa diuitias imaginatur: lucem'q; esse in tenebris existimat. Non solum non permittit hęc execrabilis pestis in anteriora progredi: sed etiã ex altitudine deiicit. Superbus est punicũ malum, interius putridũ, exterius vero decorem præferens. Superbus monachus dęmone opus non habet. ipse enim iã sibi & dæmon, & hostis, & inimicus est. Alienissimæ a luce sunt tenebræ. ita & superbus a virtute omni alienus est. Sunt in superborũ cordibus blasphemię verba: in animabus autẽ humilium cœlestia dona. Solem execratur fur. superbus vero mites aspernabitur. Nescio quo pacto seipsos pleriq; superbi latuerunt: &, cũ se

putarent

putarent esse impassibiles: in exitu paupertatẽ suam cognouerunt. Qui hac labe deprehensus fuerit: dñi auxilio opus illi erit. Vana est enim illi salus hominis. Deprehẽdi seductricẽ hanc sine capite in cor meũ aduenisse, matris suę humeris inuectam: ambas'q; obedientiæ vinculo illaqueans, vilitatis'q; flagello verberans, qualiter in me essent ingressæ, dicere cogebã. Itaq; cum cæderentur aiebant. Nos neq; initiũ habemus, neq; natiuitatem. principes enim, & genitrices sumus vitiorum omnium. Oppugnat autẽ nos imodice contritio cordis, ex subiectione initium sumens. Nullius imperio subiici patimur: ideo ĩ cœlis quoq; seditiões mouimus. Nos (vt totum simul audias) omniũ, quæ sunt contraria humilitati, genitrices sumus. Cuncta quippe, quæ illi suffragantur: nobis aduersissima sunt. Nos in cœlo ipso fuimus. & quò fugies à facie nostra? Nos ignominiam, obedientiam, inirascentiã, obliuionem iniuriarum, & ministerium sequi sępe cõsueuimus. Porrò stirpes nostrę sunt spiritualiũ lapsus, iracũdia, detractio, amaritudo, clamor, furor, blasphemia, hypocrisis, odiũ, inuidia, contradictio, suo quã alterius malle regi moderamine, inobediẽtia. Vnum, & solũ est, in quo conatus omniũ viriũ nostrarum deficiunt. Id'q; tibi torte dicimus. Si teipsum corã m domino ex intimo cordis affectu semper accuses: nos vt araneas contemnes.

mnes. Nam (vt vides) superbiæ equus est cenodoxia: in quam conscendi. Sed sancta humilitas, & sui ipsius iugis accusatio ridebunt equũ, & ascensorem eius, triũphale carmen suauissime canẽtes. Cãtemus domino. gloriose enim honorificatus est. equum, & ascẽsorem proiecit in mare, & in humilitatis abyssum.

DE INEFFABILIBVS COGITATIONIBVS BLASPHEMIAE GR. XXIII

SAEVAE radicis, & matris sęuiorem esse progeniem in superioribus audiuimus: videlicet nefarię superbię sceleratam filiã blasphemiã. idcirco necesse est eã in medium adduci. Neq; enim quiuis est iste inimicus: sed hostibus omnibus immanior, & grauior: Et (quod durius est) nõ facile spirituali medico enunciari, vel confitendo denudari potest. quocirca plurimis nõnunquã desperationis, & diffidentię causa fuit, omni illorũ consumpta spe: non secus quã à verme consumitur lignũ. Iste igitur iste sceleratissimus & specialias ad sanctam sinaxim, & ad ipsam horrendam sacrorũ mysteriorum horã blasphemare dominum, & ipsa, quæ cõsumantur, sacramenta solet. ex quo maxīe manifeste colligimus: non esse animam nostrã, quæ illa intus verba locuta sit impia, & nõ ferenda: sed dæmonem

dei,

dei,bonorum'q; omniũ aduersariũ. qui idcirco de cœlis eiectus est: quod illic quoq;,se per superbiã extollens,in deũ blasphemias,& contumelias iaculari visus sit. Nam si mea sunt turpia illa,& scelerata verba: quid est quod donũ cœleste suscipiens adoro? quomodo possum vnà & maledicere,& benedicere? plurimos seductor iste,animarum'q; corruptor in stuporẽ & amentiam sępe deduxit. Nulla enim alia cogitatio ita difficile,vt ista enũciari potest. quocirca & multis plerũq; consenuit. Nihil enim ita dęmones,cogitationes'q; cõtra nos roborąt: vt eas incõfessas in corde nutrire,atq; occulere. Nemo sibi verboꝝ blasphemię causam ĩputet. Cordis quippe cognitor dominus nouit nostra nõ esse huiusmodi verba, & inuẽta: sed hostium nostroꝝ. Ebrietas offendẽdi causa est, & superbia cogitationum indecentium. Atq; is quidẽ,qui offendit: non quia offenderit: sed quia ebrietatis causa id passus sit: omnino punietur. Cum ad orationẽ stamus: ĩmundæ illę,infandæ'q; cogitationes nobis importune obstrepunt. At cum orationẽ finierimus: protinus excedunt. Neq; enim oppugnare eos solent,qui aduersus illas nõ dimicãt. Non solum autem deum,& diuina omnia impius ille spiritus blasphemat: sed & turpissima quædã, & deterrima verba in nobis itellectualiter loquitur: vt aut orationem deseramus: aut nos

ipsos

ipsos in desperationem deiiciamus. plurimorum quidem intercepit orationem: multos a sacrorum mysteriorum cõmunione seperauit: quorũdam corpora mœrore tabefecit: alios per ieiunium domuit nequã hic, & imanis tyrannus: nullamq; eis requiem cõcessit: idq; nõ solum in sęculi hominibus: verum in eis quoq;, qui monasticam vitã subierunt, fecit: nullã eis iam salutis spem reliquã esse, improbissime suggerens: ĩfidelibusq; omnibus, & ipsis quoq; gentilibus miserabiliores esse denũcians. Qui blasphemię spiritu se pturbari sentit: atq; eo liberari cupit: pro certo habeat, nõ suã animã huiusmodi cogitationum esse causam, sed impurum illũ spiritum: qui aliquãdo ad dominum dixit. Hæc omnia tibi dabo: si procidẽs adoraueris me. Idcirco nos quoq; contemnentes ipsum, & quę ab illo dicuntur, nihil existimantes, securi & intrepidi dicamus. Vade post me sathana. dominũ deũ meũ adorabo: & illi soli seruiam. sermo autẽ, dolorq; tuus in caput tuũ reuertetur: & in verticẽ tuũ blasphemia tua descendet in p̃senti, & in futuro sæculo. Qui prę ter hũc modũ aduersus blasphemię spiritũ pugnare vult: is ei similis est, q manibus suis coruscationem cõtinere nititur. Nam quomodo vel comprehendere, vel resistere, aut reluctari aduersus eum poterit: qui repente in cor venti instar pertransit: habetq; verbũ momento velocius:

locius:

locius: cõfestim'q; euanescit? Nam hostes quidem reliqui instant: perstant: moras trahunt: tempus'q; aduersum se pugnantibus prębent. hic autem, simul atq; apparuerit: abscedit: statim'q; vt allocutus est mentē pertransiit. Solet plerũq; in simpliciorum, atq; puriorũ mētibus huiusmodi dęmon īmorari: quod hi maxime vehementius cæteris cõcuti, & perturbari consueuerũt. quibus sane nõ dicimus id ex superbia aliqua proprie, sed ex dæmonũ inuidia, & calliditate cõtingere. Desinamus tandē iudicare, & cõdemnare proximum: & cogitationes blasphemiæ nõ metuemus. id enī huius & occasio, & radix est. Sicut qui in domo inclusus est, audit exterius prætereuntiũ verba: nec tamē cũ eis ipse colloquitur: ita & anima, quę in seipsa degit: dæmonis blasphemias auscultãs, quas per illam trãsiens loquitur: turbatur. Qui hunc spiritũ despicit: liber euasit. qui vero aliter illi reluctari nititur: tandem subiacebit. Qui enim verbis spiritũ continere vult: is ei similis est, q ventos includere nititur. Monachus quidam studiosus, cũ ab eo perturbaretur: ad. xx. annos carnem suã ieiuniis ac vigiliis macerare perstitit. Cum vero nullã se vtilitatem inde cepisse sentiret: profectus conscriptam in charta perturbationē, ac tentationē suam sancto cuidam ac probatissimo seni obtulit, in faciē prostratus, nec in illũ intueri valens. Vt autē legit

senior

senior subrisit: fratrem'q; eriges, pone,inquit, fili manum tuã super collum meũ. quod cum fecisset frater: ait illi senior. Super collum meũ sit frater hoc peccatũ,quotquot annis te oppugnarit,vel oppugnatur; sit.tu tantum id obseruа:vt hoc iam floccipendas: & nihil æstimes. Quibus verbis ita roboratus est frater: vt non ante cella senis excederet,quã huiusmodi morbus euanesceret. Hoc autẽ is, qui expertus est, mihi postea narrauit,deo gratias referens.

DE MANSVETVDINE ET INnocentia quæsitis non naturalibus & de nequitia Gr. XXIIII

PRAECVRRIT quidem solẽ matutina lux. omnẽ vero humilitatem mãsuetudo præcedit. quocirca Lucẽ ipsam audiamus ita eas gradatim ordinãtem. Discite,inquit,a' me:quia mitis sum, & humilis corde. Iustum ergo est & legitimũ ante solem luce illustrari:atq; ita demũ clarius solem intueri. Fieri enim nõ potest vt hũc intueatur, qui lucem antea nõ cognouerit:vt vera dictorum docet institutio. Mãsuetudo est animi incõmutabilis status, ęque in honoribus se, & ignominiis habens. Mansuetudo est in perturbationibus' proximi pro illo, affectu summo atq; integerrime orare. Mansuetudo est supereminens

eminens iracundię pelago ſcopulus, fluctus omnes impingentes diſſoluens: & nunquã penitus cedens, aut in alteram inclinans partem. Manſuetudo eſt firmamentũ patientię, charitatis ianua, imo vero mater, diſcretionis argumẽtum (docebit enim, inquit dominus, mites uias ſuas) venię miniſtra, confidentia in oratione, ſpiritus ſancti diuerſorium. Ad quem enim, inquit, adſpiciam: niſi ad manſuetũ, & quietum; & tremẽtem ſermones meos? Manſuetudo eſt obedientię adiutrix, fraternitatis dux, furentiũ frenum, iraſcentium retinaculũ, gaudii indultrix, imitatio CHRISTI, angelorũ proprietas, dęmonũ nexus, atque amaritudinis clypeus. In cordibus manſuetorũ requieſcet dominus. anima vero turbulenta diaboli eſt ſedes. Mites hæreditabunt terram: imo vero dominabũtur ei. Viri autem inſani, ac furore præcipites ex terra ſua vaſtabuntur. Manſueta anima ſimplicitatis ſedes: mens autẽ iracunda nequitiæ eſt opifex. Mitis anima capiet ſapientiæ verba. diriget enĩ in iudicio manſuetos dominus: imo vero in diſcretione. Anima recta cõtubernalis eſt humilitatis: iniqua autẽ ſuperbiæ eſt adoleſcentula. Manſuetorũ animę implebũtur ſcientia. mens iracundi tenebris & ignorantiæ cohabitat. Iracundus, & ſimulator obuiauerunt ſibi: nec inueniri poterat ſermo rectus in diſceptatione eorũ. Si cor prioris explices: inuenies inſaniam:

Exempla manſuetudinis.

insaniam: secūdi vero si perscruteris animum: adspicies nequitiā. Simplicitas habitus est animæ varietate carens, totiusq́ perversę intētionis ignarus: & qui nulla mala cogitatione moueatur. Nequitia scientia est, imo vero turpitudo dæmoniaca, priuata veritate, & quæ plurimos latere videatur. Hypocrisis est & corporis, & animę cōtrarius status adinuentionibus omnibus implicitus. Innocentia lætus ac serenus est animi status, omni adinuentione ac figmento liber. Aequitas est intētio curiositate carens, affectus integer, sermo purus, neq; vlla fictione vel præparatiōis arte fucatus. a nequitia remotus mūdissima est natura animi in ea, qua creata est, puritate persistens, atq; secundū omnibus cōgrediēs. Nequitia est rectitudinis peruersio, intentio seducta, mentita dispēsatio, perplexis verbis adnexū iuramentū, profundū cordis, fraudis abyssus, assuetum trāsiensq́ in habitum mendaciū. naturalis iam tumor, humilitatis aduersarius, pœnitētię simulatio, fletus elongatio, cōfessionis inimicitiæ, propriæ sententię voluntatisq́ defensio, lapsus artifex, resurrectionis aduersatio, cōtumeliæ risus, fatua grauitas, ficta religio, dęmoniaca vita. malus est diabolo & familiaritate cōiūctus & nomine. Quocirca & dominus ita illū appellandum monuit in oratione, quā ipse instituit, dicens. Libera nos à malo. Fugiamus à simula-

tionis pręcipitio, & a versutiæ lacu, audientes eius sententiam, qui dixit. Quoniam qui malignantur: exterminabuntur: & sicut holera herbarum cito decident. huiusmodi enim pascua dæmonum sunt. Sicut deus charitas, ita æquitas quoq; appellatur. Atq; ideo sapiens in canticis ait ad cor. Aequitas dilexit te. Rursum'q; sapiẽtis huius pater bonus & rectus dominus, eos'q;, qui hoc cum illo appellantur nomine: saluari dicit. ait enĩ. Qui saluos facit rectos corde. Et rursum. Aequitatem animarũ vidit: & visitauit faciem eius. Prima incrementi puerorũ proprietas est. Simplicitas omni varietate libera. quã quousq; habuit ille Adam: nõ vidit animæ suę nuditatem: neq; carnis suæ turpitudinem. Bona quidẽ est, ac beata & illa simplicitas, quę quibusdã inest naturaliter. longe tamẽ illa beatior, & excellẽtior, quæ laboribus ac sudoribus ex malitia traducta fuerit. Nã illa quidem a varietate multiplici ac perturbatiõibus protegitur: atq; illæsa seruatur. Hæc vero altissimę humilitatis, & mansuetudinis genitrix & altrix est. & priori quidẽ non maxima debetur merces: sequenti vero laudatissima, & incõparabilis reddetur. Quicũq; ad nos attrahere dominũ cupimus: simpliciter ad illũ, & absq; fictione vlla & varietate, & malitia, & curiositate veluti ad magistrũ percipiendæ disciplinæ causa accedamus. Simplex enim ille, & ĩtegerrimus

rimus cum sit:simplices esse,& innocētes,quæ ad se conueniunt, animas vult. Nunquā enim videas simplicitatē ab humilitate separatam.

Malignus est præuisor mendax,ex sermonibus cogitationes,& ex habitu cordis intima se comprehendere existimans. Vidi rectos malignari a malis didicisse: atq; admiratus sum: quomodo proprietatē naturæ,atq; priuilegiū amittere tam cito potuerūt. Vt recti facile decidunt:ita difficile peruersi trāsferri in rectitudinē possunt. Vera peregrinatio , & subiectio, labiorum'q; custodia,sępe valuerūnt mirabiliter insanabilia plurima transferre & curare. Si scientia plurimos inflat: vide ne forte simplicitas,& imperitia humiliare cōsueuerit. Verum documentū,certus'q; finis ac forma beatę simplicitatis beatus Paulus simplex tibi erit. Tantum enim,tam'q; celerē profectū nemo vsquā vel vidit,vel audiuit, vel videre vnquā poterit. Monachus simplex rationale iumentū est obediens: quod onus suū ductori suo perfecte deposuit. Non reluctatur animal liganti:neq; recta anima pręcipiēti,trahentē sequitur,vt vult: & donec mactetur,contradicere non nouit.

Difficile diuites ingrediuntur in regnū: stulti'q; sapientes in simplicitatē. Ruina sæpe eos, q ex malis acutiores sunt: frugales fecit, salutē illis, atq; innocentiā inuitis largiēs. Pugna,& cōtende totis viribus stultā tuam sapientiā de-

cipere:atq; ita faciens,inuenies salutē,& æquitatē in CHRISTO IESV domino nostro.

DE VICTRICE PASSIONVM omnium altissima humilitate Cap. XXV

QVI diuinę charitatis ꝓpriæ,sanctę'q; humilitatis cōpetenter & beatæ castitatis verę,ac diuinę illustrationis firmiter,timoris'q; domini sine mēdacio, & certę cordis fiducię sine terrore, sensum atq; effectū & vim visibili verbo enarrare vult: eos'q;, qui hęc hactenus nō gustauerunt: huiusmodi narratione se illustrare putat:simile aliquid ei facere videtur: qui eos,qui mel nunquā gustauerunt:illius dulcedinē verbis,& exēplis docere nititur. Sed hic sane frustra desudat: & incassum, & sup͂fluo loquitur:nunquā enim id efficiet,quod vult:prior autem ille aut imperitus est narrationis suæ: aut inani gloria vehementer illuditur. Adiecit sermo thesaurū discutere in vasis fictilibus:imo vero in corporibus reconditum: cuius qualitas neq; agnosci, neq; vllis verbis exprimi possit. solus ei titulus superne eminet incōprehensibilis: qui ingentem,atq; infinitū perscrutandi laborem verbo quærētibus pręstet.Erat autē titulus huiusmodi. SANCTA HVMILITAS. Quicunq; dei spiritu aguntur: hi nobiscum intellectuale

hoc,

hoc, sapientissimum'que concilium conueniant, scientiæ tabulas diuinitus scriptas in manibus intellectualiter ferentes. Et conuenimus: & conquisiuimus: ac discussimus venerandi tituli virtutem. Et alius quidé hanc esse dicebat, recte factorum intentissimam obliuionem. Alius vero, extremum se omniũ, magis'que peccatis obnoxium existimare. Alius, mentis cognitioné: qua scilicet imbecillitatem propriã, infirmitatem'que cognoscit. Alius vero, in irritationibus anticipare proximũ: primum'que iracundiã soluere. Alius, gratiæ dei, & misericordię agnitioné. Alius rursum, cõtriti animi sensum, ac voluntatis proprię abnegationem. Ego vero cũ omnia audissem: apud meipsum diligenter, & uigilanter examinãs beatissimũ illius sensum, per auditum addiscere non potui. Quocirca & omnium nouissimus ueluti canes cadẽtes micas ex mẽsa probatissimorum, beatissimorum'que patrum colligẽtes, de hac singulari uirtute ita definiens dixi. Humilitas est animę gratia sine nomine, apud solos eos nomen habens, qui illius experimentum ceperunt. Humilitas est ineffabilis diuitiæ dei appellatio, & donum.

Discite enim, inquit, nõ ab angelo, non ab homine, non à tabula, sed à me, hoc est à mea in uobis inhabitatione, & illustratione, & operatiõe: qa mitis sum, & humilis corde, & cogitatiõe, & sensu: & inuenietis bellorum requiẽ, &

alleuiationem cogitationū animabus uestris.
Alius est vitis huius in perturbationū adhuc tempestate spectaculū: aliud iam in verno fructuum tempore: aliud in estate virtutū: Etsi in vnam lætitiam, & frugē vitis vnius spectacula ista cōcurrant vniuersa. vnde & propria veluti signa, & argumēta fructuū habet. deniq; quoties in nobis sanctę huius vitis florere cœperit botrus: mox humanā omnem gloriā, & famā cum dolore execramur: iracundiam'q;, & furorem a nobis penitus eliminamus. At cum iam spirituali ætate in animo profecerit hęc regina virtutum: in nihilū, imo vero in execrationem cuncta, quæ a nobis geruntur, bona existimamus: & diebus singulis oneri nr̄o nos adiicere per occultam, & ignotā dissipationem arbitramur. Porro diuinorꝫ copiam nobis indultorum munerū, vt qui hanc pręter meritū nostrum acceperimus, adiectionē fore amplioris cruciatus suspicamur. Idcirco tunc quoq; manet inuiolabilis mens nostra, seipsam intra mediocritatis sacculū tutissime cōtinēs: furum'q; tantūmodo strepitum ac ludibria audiēs: atq; his omnibus inuiolabilis permanēs. siquidem inuiolabile penetrale huiusmodi est mediocritas. De florꝫ itaq; parturitione, celeri'q; profectu sempiternę virentis huius fructus breuibus disseruisse satis sit. Iam vero quod sit sacrę huius vitis perfectū pręmium, quicūq; domini fa

miliares

miliares estis: ipsum interrogate. de quãtitate igitur ipsius dicere non possum. rursus'q; de illius qualitate loqui, longe impossibilius censeo. De proprietate ergo eius, vt initio institueramus, dicere conemur. Solers, & accurata pœnitentia, luctus'q;, quo macula omnis diluitur: sanctissima'q; rudiũ humilitas tãtum ab se inuicem differunt: quá à pane fermentũ, & farina. Conteritur quippe prius animus: & per efficacem pœnitentiam extenuatur. Vnitur vero quodãmodo, atq; (vt ita dixerim) admiscetur deo per aquã integerrimi luctus: ex quo etiam igne domini succensa solidatur in panẽ sancta humilitas, fermento iam omni, & fastu tumẽti libera. vnde & in vnã virtutem, actionem'q; se ipsam conglobans sancta hæc tribus constans annulis cathena, immo vero cœlestis iris, suas quodámodo proprietates habet: quod'q; alterius signũ esse dixeris: hoc alterius notionem esse reperies. ideo'q; quod breuiter à me dictũ est, curabo exemplis, atq; authoritate firmare. Proprietas quippe honestissimæ huius, atq; omni admiratione dignissimæ trinitatis prima atq; pręcipua est ignominię suauissima atq; iucundissima perpessio, quã anima, vt quæ morbos suos & peccata maxima sedet, atq; consumat: supinis manibus expectat, atq; complectitur. Secunda vero est omnis iracũdiæ victoria, atq; in eius extinctione seruata mediocritas.

Tertius autẽ gradus optimus eſt,vt bonis ſuis nunquã infideliter credat: iugiterq; addiſcere deſideret. Finis quidem legis & prophetarum CHRISTVS ad iuſtitiã omni credẽti. finis vero imundarum paſſionum inanis gloria, & ſuperbia omni nõ aduertenti: quarum cum ſit interemptrix:intellectualis iſta cerua cõtubernalem ſuũ omni veneno mortifero ſeruat illęſum. Vbi in illa hypocriſis appareat venenũ? vbi detractionis rubigo? vbi ſerpens aliquis occultari in ea poſſit,quin ſtatim ex cordis cauernis, & terra in lucem adductus occidatur? Non apparet in huius cõiunctione odium:nõ contradictionis ſpecies:nõ inobedientię vllus odor:niſi forte fidei ratio piclitetur: tũc enim obtemperare perfidiæ conſiliũ non fuerit. Qui huic ueluti ſponſę ſponſus unitur:mitis,placidus,ad cõpunctionẽ facilis atq; miſericors eſt. ſuper omnia uero tranquillus,ſerenus, obtẽperans, & freni patiens, hylaris,uigil, & impiger erit. Et quid me neceſſe eſt multa proſequi?placida ſemper animi tranquillitate beatus erit. ſiquidem in humilitate noſtra memor fuit noſtri dominus :& redemit nos de inimicis noſtris. Monachus humilis non curioſe abdita requiret. ſupbus uero iudicia quoq; dei curioſitate illicita diſcutiet. Quẽdam probatiſſimũ, & diſcretione maxime ornatũ fratrem adſtantes dęmones,ita ut oculis eius apparerent uiſi

biliter,

biliter, beatum illũ prædicabant. Ad quos ille sapientissime. Siquidem, inquit, me in intimis animæ cogitationibus laudare destiteritis: ex discessu uestro magnũ meipsum existimabo. Sin uero me laudare nõ desinitis: ex laudibus uestris fœditatem meam coniicio. Immũdus quippe est apud deum omnis sublimis corde. Aut igitur abite: & magnus factus sum: aut, si placet, laudate: & ampliorẽ uestri causa acquiram humilitatẽ. Mox'q; illi ancipiti uerbo stupefacti euanuerunt. Caue ne sit anima tua canale huius undę uitalis: ut eam nunc quidem emanet: nunc uero manare desinat, gloriæ & elationis ardore consumpta: sed sit beatæ tranquillitatis fons, paupertatis fluuiũ semper ex seipso gignẽs. Memento charissime: quod ualles in seipsis frumentũ, spiritualem'q; multiplicant fructũ. Vallis est humilis anima inter medium montiũ, sine arrogantia semp atq; imobilis permanẽs. Non ait scriptura: ieiunaui: nõ ait: uigilaui: non, humi requieui: sed, humiliatus sum: & saluauit me celeriter dominus. Pœnitentia quidem suscitat: luctus uero cœlũ pulsat: sed sancta humilitas aperit. Ego autẽ trinitatem in unitate, & in trinitate unitatem dico: atq; adoro. Cuncta uero, quę uidentur, Sol illuminat. Omnia uero, quę geruntur ratione, roborat humilitas. Si nõ adsit Sol: plena sunt tenebris omnia: & nisi adsit humilitas: nostra

Omnia & fœtida & externa erunt. Vnus in omni creatura locus semel aspexit Solē: & vna plerunq; cogitatio peperit humilitatē. Vno & solo die mundus omnis exultauit: & vna hæc virtus est, quā non possunt imitari dæmones. Aliud esse dicitur extolli: aliud'q; nō extolli: & aliud humiliari. Prior enim omnē diem iudicat: sequens vero nō iudicat: porrò tertius cum īdēnatus sit, semper seipsum condēnat. Aliud est humilem esse: aliud conari esse humilem: & aliud laudare humilē. Prius illud perfectorū est: secundum veraciū obedientium: tertiū vero omniū fidelium. Qui in ītimis humilis est: a labiis non læditur. quod enim thesaurus nō habet: hoc ianua non prodit. Solitarius equus nonnunquā currere videtur: at, si gregi societur: tunc suam agnoscet tarditatē. Si iam in naturę bonis cogitatio gloriari desinat: principii sanitatis id argumentū est. sed quousq; fœtorē illum hauriat: vnguēti odorē sentire non poterit. Non increpabit: non iudicabit: nō dominari appetet: non circunuenietis, qui amori meo est deditus, quoad mihi cōiungatur: ait sancta humilitas. nam post coniunctionem meam ei iam lex posita non est. Cuidā athlętę CHRISTI fortissimo, qui ad hāc beatissimam virtutem festinabat: impuri dęmones laudē in corde subseminabant. At ille diuina inspiratione malignorū spirituū nequitiā pio & religioso

compendio

cõpendio vincere aggreditur Describit in cel-lulæ pariete altissima℞ virtutum appellatiões: puta perfectę charitatis: angelicæ humilitatis: mundissimæ orationis:incorruptibilis castita-tis:& huiusmodi virtutũ reliqua℞.Cum ergo illum cogitationes extollere cœpissent: dice-bat illis:eamus ad argumentũ:aduenieus'q́ re-legebat appellationes illas: sibi'q́ ipsi clama-bat.Cum has omnes possederis:tunc scies quã longe adhuc a deo sis. Cum enim eas posse-deris: seruus eris iutilis: fecisti enim quod fa-cere debuisti.Quęnam sit Solis huius virtus & substantia,dicere ipsi nõ possumus:cęterum ex effectibus eius & proprietatibus quæ sit illius substantia,colligimus. Humilitas est prote-ctio diuina,ex qua fit vt recta facta nostra non videamus.Humilitas est vilitatis abyssus furi-bus omnibus inuiolabilis.Humilitas est turris fortitudinis a facie inimici: nõ proficiet inimi cus in ea:& filius,imo vero cogitatio iniquita tis non apponet nocere ei: & concidet a facie ipsius:inimicos'eius, & eos, qui oderunt eũ,in fugam conuertet. Sunt & alię magnifico huic possessori in animo proprietates p̄ter illas,quę supra demostratæ sunt. illæ enim vna excepta diuitiarum intuẽtibus indices sunt. agnosces autem illas: nec decipieris,cum sanctam hanc substantiam in teipso inesse perspicies in mul-titudine ineffabilis luminis,in amore oratiõis

incredibili.

incredibili. Anticipabit hęc innoxiũ cor,& alie na peccata accusare nesciũ. Pręcurrit hanc,quã diximus,substantiã inanis gloriæ totius odiũ. Qui seipsum ex intimo animi sensu, & affectu nouit: iam in terra seminauit. Nam nisi ita se- minemus: fieri nõ potest,vt floreat humilitas. qui seipsum agnoscit: diuini timoris intimam notionem cõprehendit: per quã solicite ince- dens ad charitatis ianuam peruenit. Humilitas est regni cœlestis ianua sibi propinquãtes in- troducens. De hac reor dominũ dixisse: quod ingredietur, & ex hac vita egredietur intrepi- de: & pascua,& viriditatẽ inueniet in paradiso. Omnes, qui per aliã in habitu venerint: fures vitæ suæ sunt,& latrones. nunquam disquirere nos ipsos desinamus: si veraciter agnoscere nos volumus. Quod si proximũ nostrũ vbiq; ex intimo affectu cordis meliorem nobis esse arbitramur: iusta est diuina misericordia. Im- possibile est ex niue progredi flãmam. sed lon ge impossibilius vt in eo, qui alterius sectæ & opinionis sit: humilitas propria fideliũ, ac reli- giosorũ virtus oriatur. Plurimi nos ipsos pec- catores dicimus: & fortasse ita esse existima- mus. ignominia vero cor probat. Nunquã de- sistet is,qui ad tranquillissimũ hunc portum fe stinat: mores,verba,cogitationes,intentiones, quæstiones,exqsitiones,instituta,conatus,vo- ta,& oratiões facere,intelligere, & excogitare,

quoad

quoad cooperante deo, ignobilioribus'q; institutis infestissimo & procellosissimo elatiõis pelago animæ suę nauiculã liberet. Qui enim hac liber euaserit: in omnibus reliquis peccatis facile, vt publicanus ille, satisfaciet. Nonnulli quidem peccata pręterita, postea etiam quã remissione potiti sunt, humilitatis materiã vsq; in finem tenuerunt, per eam tumoré inanissimũ colaphis cedentes. Alii rursus CHRISTI considerantes passioné, seipsos esse constanter tenent debitores. Alii ex quotidianis defectibus semet humiliant: & vilissimos existimãt. pleriq; ex accidentibus tentationibus, morbis'q; & lapsibus gratiaꝵ matrem sibi familiarissimã fecerunt. Sunt item nonnulli, qui tamen an modo quoq; suspsint, dicere nõ possunt: qui ex ipsis dei muneribus quãtũlibet in eis ꝓfecerint: semetipsos humiliant: se'q; indignos esse huiusmodi diuitiis existimant: sic'q; afficiuntur: tanq̃ debitis suis quotidie adiiciãt. Hoc igitur humilitas, hoc beatitudo, hoc perfectum cõsumatum'q; præmiũ est. Quoties aliquem vel audieris, vel videris infra paucos annos altissimã tranquillitatem acquisisse: noli hunc existimare aliam, quã hanc beatam celerem'q; viã pedibus ambulasse. Sacra est biga, charitas, atq; humilitas. quippe illa exaltat: hęc exaltatos ne vnquã decidant, cõtinet. Aliud est contritio: aliud cognitio: & aliud humilitas.

Contritio

Contritio ex ruina nascitur. qui enim cadit: cō teritur: cadens'q; confidentia in oratione laudabili cum impudentia assistit: spei'q; baculo vt confractus & collisus innititur: ipso'q; desperationis canem à se abigit. Cognitio est vera, & tuta propriæ mensuræ cōprehensio, iugis'q; leuiorum quoq; peccatorum memoria. Humilitas est doctrina itellectualis CHRISTI, spiritualiter ab iis, qui digni fuerint, in penetralibus animę recōdita, verbis'q; sensibilibus iaccessibilis. qui se dicit huiusmodi vnguenti fragrantiam penitus sensisse: & cū laudatur, vel parum mouetur corde: aut vim verborum itelligit: rapitur'q; vel modice laudibus: hic, non se fallat, seductus est. Quendam toto affectu animi audiui dicentē. Non nobis domine nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Sciebat enim naturam non facile ab hac illęsam seruari nō posse. Abs te laus mea in ecclesia magna, futuro scilicet tempore. Prius enim quā illud aduenia, hanc sine periculo ferre nō possum. Si hic tandem finis, & ratio, & modus est supremę superbiæ: virtutes, quę nō adsint, glorię causa simulare: id profectò erit altissimę humilitatis argumentum: culpas, quæ itidem nō adsint, in quibusdā rebus vilitatis gratia confingere. Quod fecit, qui panem & caseū in manibus sumpsit, abiectionis suę gratia. Et sanctus ille vir, qui veste reiecta, absq; vlla passione, quippe castissi-

mus,

mus,ciuitatem circuiuit nudus. Non metuent huiusmodi iam,neq; curabunt hominũ offensam:cum iam per orationẽ virtutem eam cõsecuti sint:vt omnes inuisibiliter ædificent: cunctis'q; satisfaciant. Qui prius id curat: secundo isto se carere significat. Vbi enim deus nos audire paratus est: ibi oĩa tutò facere ualemus. præstat enim contristare homines, quã deum.

Gaudet quippe deus:cũ nos cõterendę uanissimæ elationis causa prõpte uidet ad ignominias currere. parat autẽ huiusmodi certamina suprema peregrinatio. Magnorum enim reuera est: pati suis esse ludibrio. Non te ea,quæ dicta sunt,pturbent.nemo unquã repente uno simul passu scalę gradus omnes cõscẽdere potuit. In hoc cognoscent omnes, nos dei esse discipulos:non quia nobis dæmonia obtemperant:sed quia noĩa nostra in humilitatis cœlo conscripta sunt. Natura fert, ut sterilitas defectus'q; fructuum citroꝝ ramos in altitudinem tollat:& hi tamen, si incuruentur, fructũ citius ferant. Scit quid sibi hoc uelit, qui prudentius cõsiderat. Habet ascensum apud deum sanctæ huius gradus tricesimũ,sexagesimum,ac centesimum. Atq; in extremo quidẽ ii, qui beatam tranquillitatem cõsecuti sunt,perstant. In medio uero fortes CHRISTI milites. Primũ autem cõscẽdere omnes possunt. Qui seipsum ueraciter agnouit:nunquã profectò illudetur,

ut maiora

ut maiora se tentare uelit: sed pedem iam secu
rus beato huic tribulo imponet. Metuunt mi-
nutę aues accipitrem. ita & humilitatis studiosi
contradictionis sonum. Absq; prędictionibus
quidem, & illustrationibus, signis'q;, & prodi-
giis salute plurimi potiti sunt. sine humilitate
autem nemo unquã cœlestem thalamũ ingre
ditur. Illorũ enim hęc fida custos est. hãc uero
illa in iis, qui leuiores sunt, sæpe necauerunt.
Istud quoq;, cũ humiliari nollemus: mirabili
dispensatione fecit deus: ut nemo uulnera sua
clarius, quã proximus possit intueri. Ex quo ne
cessario fit, ut illi, ac deo nõ nobis ipsis sanita-
tis nostrę gratiã acceptã referamus. Qui mẽte
est humili: uoluntatem suã semper ut seductri-
cem detestatur: & in postulationibus suis ad
deum fide firmissima quæ cõueniant, consue-
uit addiscere: atq; his prompte obtẽperare: nõ
magistrorũ conuersationẽ attendens, sed deo
curam sui fidelissime cõmittens, qui per asinã
quoq; Balaam utilia & necessaria docuit. Etiã
si omnia secundũ deum faciat, cogitet, loqua-
tur operarius huiusmodi: ne sic quidẽ sibi cre-
det. Humilis enim stimulũ & onus sibi adiectũ
putabit: si sibiipsi credat: sicuti cõtra superbus,
si alteri credat. Mihi angeli esse uidetur: nunq̃
in peccatum labi. Audiui enim terrestrẽ ange-
lum dicentem. Nihil mihi cõscius sum: sed nõ
in hoc iustificatus sum. qui enim iudicat me:
dominus

dominus est. Vnde iugiter nos ipsos dānare & accusare debemus: vt per vilitatem voluntariā lapsus non voluntarios abiiciamus, & diluamus. sin alias: omnino in exitu nostro durissime à nobis horum exigetur ratio. Qui meritis suis minus aliqd à deo postulat: omnino iis, quæ supra se sunt, potietur. Testatur hoc publicanus ille: qui, cū postulasset veniam: iustitiā retulit. Solum vt sui meminisset in regno, à domino poposcit latro: paradisum'q; totū hæreditario iure possedit. Non potest in creatura paruus, aut magnus ignis per naturā inspici. ita nec ī humilitate legitima materiæ vlla species omnino permanere potest. Hoc autē in nobis non est: dum sponte peccamus: istud'q; præsentiæ illius signum est. Sciens dominus exteriori habitu figurari animæ virtutē, sumpto linteo viæ humilitatis nobis compendium ostendit. Studiis enim assimilatur anima: & ad quę gerit formatur: atq; ad ea figuratur. Principatus angelorū cuidam superbiæ materia & occasio fuit: cū tamen non ideo vt superbiret, illū accepisset. aliter affectus est, qui in solio, aliter qui in sterqlinio sedet. Atq; ideo fortasse magnus ille iustus extra ciuitatem sedebat in stercore. Tunc enim perfectā consecutus humilitatē ex intimo affectu cordis dicebat. Contempsi me ipsum: & contabui. existimaui autē meipsum terram, & cinerem. Inuenio Manassem illū

inter homines cęteris amplius & pernitiosius peccasse: templumq́ dei, ac religionē omnem prophano idolorū cultu inquinasse. pro quo si mundus totus ieiunasset: nullā sceleribus eius dignā pœnitentiā inferre potuisset. Valuit tamen humilitas insanabilia illius vulnera curare. Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem: ait Dauid deo: corporibus per ieiunium īmolatis non delectaberis. Sacrificium deo. Et quod sequitur, omnes intelligunt. Peccaui domino. beata hęc humilitas pro adulterio, & homicidio ad deum aliquando clamauit: & protinus audire meruit. Abstulit dominus peccatū tuū a te. Viam quidē huius, atq; materiam corporales labores esse, sancti & semper memorandi patres definierunt. Ego præterea obediētiam, cordisq́ rectitudinem esse dico, quæ naturaliter quoq; tumori aduersantur. Si superbia ex angelis quosdā dęmones fecit: humilitas prorsus ex dæmonibus angelos efficere pōt. Quocirca qui ceciderūt: bono animo sint: & resurgere studeant. Festinemus: totisq́ viribus nitamur ad huius supremū verticem conscendere: sin minus: vel illius humeris inuehi: quod si adhuc pigri sumus: vel vlnis eius non excidamus. Nam qui inde ceciderit: mirabor siquo sempiterno munere potiri merebitur. Nerui huius, ac viæ, non est signorū manifestatio: sed nuditas omnium rerū, inuisibilis peregrinatio,

sapientiæ cauta occultatio, pronũciatio varietate carẽs, elemosynæ quęsitio, nobilitatis absconsio, cõfidentię relegatio, loquacitatis elongatio. Nihil enim ita vt paupertatis status, & mendicorũ vita viuere, aĩam humiliare aliquãdo potuit. Tũc enĩ philosophia nostra, amorq́ ad deũ singularis ostẽditur: cũ sublimari possumus: & sublimitatẽ ↄstãtissime fugimus. Si qñ ↄtra vitiũ aliquod armaris: humilitatis maxime societate, & pręsidio nitere. Super aspidẽ enim & basiliscũ ascendet: & ↄculcabit leonẽ, & draconẽ: idest: sup peccatũ, & desperationẽ, diabolum'q́, & corporis draconẽ. Humilitas cœleste est instrumẽtum: quod ex abysso peccatorum in cœlum animã leuare potest. Cum quidam huius aliquando pulchritudinem in corde suo fuisset intuitus: stupore comprehensus orabat: vt eius, qui illam genuerat, appellationem mereretur addiscere. Ad quem illa clara ac nitenti facie serenum subridens, Quonam, ait, modo genitoris mei nomen addiscere festinas: cũ sit ipse sine nomine? Non tibi id dicã: donec possideas deũ. Ipsi gloria ĩ sæcula.

DE DISCRETIONE COGITATIOnum vitiorum'q́ & virtutum Grę XXVI

d ISCRETIO in iis quidem, qui rudes imbuuntur: est vera suorũ intimorum profectuũ, defectuum'q́ cognitio.

tio. In mediis vero, intellectualis sensus bonũ: quod vere ac proprie bonũ est, à naturali bono atq; contrario sine errore discernens. In iis autem, qui perfecti sunt: Scientia, quę per diuinam illustrationem in eis inest. Talis vero ista est: vt etiã quæ in aliis obscure insunt: suo lumine illustrare possit. Aut fortasse vniuersaliter hoc & agnoscitur: & est discretio diuinę voluntatis vera certa'q; cõprehensio, in omni re, tẽpore, & loco, quę solis mundis corde, & corpore, & ore inesse cõsueuit. Is quidem, qui tres hostes religiosa pietate deiecerit: simul etiam quinq; prostrauit. qui vero illos negligit: neutrum vincet. Discretio est incõtaminata conscientia, & purgatissimus sensus. Nemo, cũ audierit, vel viderit aliquẽ in conuersatione monastica supra naturã profecisse: ex ignorãtia in infidelitatẽ decidat. Vbi enim deus, qui naturæ supereminet, inhabitat: ibi iam res quoq; supra naturam fiunt. Tribus istis maxime generalibus modis diabolicũ omne bellũ in nobis excitauit: aut scilicet ex nostra negligentia: aut ex superbia: aut ex dæmonũ inuidia. Ex iis quidem primus miserabilis est: secundus vero miserrimus: tertius aũt beatus. Ad omnia post deum cõscientia nostra, vt norma & regula vtamur: vt, cum vnde ventorũ flatus aduenerit, nouerimus: aduersus hũc pandere iam vela valeamus. In omnibus, quæ secundũ Deum operamur:

mur:tres nobis foueas dęmones parãt. Ac primum quidẽ bonũ vti ne fiat impedire conantur. Secundo vero, si in primo superati fuerint: vel ne secundũ Deum fiat, moliuntur. quod si hac quoq; intentione sua fures ipsi potiti non fuerint: tũc iam silentio nostrę animæ adstantes, vt qui per omnia secundũ Deum cõuersati sumus, laudibus nos efferũt: & beatos dicunt. Priori quidem illorũ arti aduersatur studium mortis'q; cura solicita. Secũdę vero subiectio, & contemptus: tertiæ uero seipsum semper accusare: & aduersum se cõqueri. Hoc uero labor est ante nos, donec igrediatur ignis dei in sanctuarium nostrũ. Tunc enim uitiosę cõsuetudinis in nobis necessitas ulla nõ est. Deus quippe noster ignis est consumens motũ omnẽ, & concupiscentię ardorẽ, & obtenebrationem, & præsumptionem, & obcæcationẽ interiorẽ & exteriorem, uisibilem'q; & inuisibilẽ. Contraria his dæmones facere cõsueuerũt. Nam cum animam uicerint: mentis'q; obtuderint, ac peruerterint aciem: nihil iam erit in nobis miseris utile: nihil religiosi opis: nõ sobrietas: non discretio: non agnitio: non reuerentia: sed indolentia, ĩsensibilitas, ĩdiscretio, visus'q; priuatio.

Recognoscũt manifestissime quæ diximus ii, qui ex fornicatiõe resipuerũt: qui'q; se repressferunt a' stulta confidentia: & qui ex impudentia in pudoris sensum venerũt: quomodo post

mentis resipiscentiam, post illius obcæcatiõis, immo vero mutilationis destructionẽ, verentur, atq; erubescũt (vt ita dixerim) seipsos in iis, quæ prius, dum in ea obcæcatione degerẽt, vel gerebant, vel loquebãtur. nisi prius in die animæ sero factum fuerit: eam'q; tenebræ impleuerint: non furabuntur fures: nec mactabunt: nec perdent. Furtum est substantiæ, rei'q; familiaris perditio. Furtum est, quod bonũ nõ est, id pro bono operari. Furtũ est ignota animæ captiuitas. Mactatio animę est mors rationalis mentis: cũ scilicet in indigna & nefaria opera inciderit. Perditio vero est post consumationẽ iniquitatis sui cuiusq; despatio. Nemo in pręceptis euangelicis impossibilitatem querulus obiiciat. Sunt enim animę, quę plusquã pręceptũ fuerit illis per euangeliũ: fecerunt. Persuadebit id tibi penitus, qui plusquã seipsum, proximum dilexit, ac pro eo animam exposuit: & certe, cum imperiũ domini de hoc nõ accepisset. Confidant: ac bono animo sint humiles: quãtũlibet perturbationibus, ac vitiis exagitentur. Nam etsi incidãt in omnes foueas: etsi muscipulis omnibus illaqueentur: omni'q; ęgritudine ægrotent: cũ tamen sani facti fuerint: medici omnibus, & luminaria, & lucernæ, & gubernatores fiunt: eos'q;, qui casuri uidebantur: per ea, quę experti sunt, seruant. Quod si quidã etiam præteritis vitiis adhuc vi subiguntur: &

vel

vel simplici verbo docere alios,& istruere possunt: doceant: nō tamen etiam principatū sumant. Fiet enim fortasse vt suos aliquádo sermones erubescētes ipsi quoq; operari incipiát: continget'q; illis id, quod in quibusdam se in cœno volutantibus fieri perspeximus: qui, cū lutei,& cœno prorsus sordidati essent: quomodo ibi cecidissent, pręterreuntes docebant: hoc illis eorum salutis gratia narrantes: ne & eadem via caderēt. Quos tamen, dum aliorum saluti cōsulunt: & ipsos cœno saluauit omnipotēs. Sin vero vitiosi aliqui sponte seipsos voluptatibus immergūt: silentio doctrinā indicabunt. Nam quę cœpit IESVS facere,& docere, ait. Immane re vera, dirū'q; pelagus traiicimus o monachi humiles: plurimis'q; spiritus, & scopulis, & vertiginibus, & pyratis,& belluis, & syphonibus, procellosissimis videlicet uentis, & fluctibus plenū. Scopulum quidē in anima ferā iracundiam, repentinam'q; intelligimus. Vertiginem uero eas res, quę praeter spem circundant mentē: eam'q; ipsam in desperatiōis profundū pręcipitare student. Tumorē uero ignorantiam, quæ malū pro bono cōtinet. Belluas autē graue istud, ac syluestre ferum'q; corpus. Pyratas dirissimos cenodoxiæ satellites: qui onus nostrū, virtutum'q; labores diripiunt. fluctus vero inflatū, tumentem'q; ventrē: qui ex impetu proprio ad belluā transmittit. Sypho-

nes autem deiectā ē cœlo superbiā: quæ nos & in cœlum extollit: & vsq; in infernū præcipitat. Nouerunt omnes, qui literis eruditi sunt: quænam sit disciplina rudiū, quæ mediocriū, & quę magistrorum. Intendamus toto animo: uideamus'q; ne forte diutius in discendo imorati adhuc in institutis rudiū inueniamur. est enim cōfusionis imodicæ videre senem in ludum literarū proficisci. Optimum omnibus ac salubre est hoc alfabetū: videlicet Obedientia, Ieiuniū, Cilicium, Cinis, Lacrimę, Cōfessio, Silentium, Humilitas, Vigiliæ, Fortitudo, Frigus, Labor, Erūna, Cōtemptus, Contritio, Obliuio illatę cōtumeliæ, Fraternitas, Mansuetudo, Fides simplex omni'q; curiositate carens, Curarum sæculariū abiectio, Amabile parentū odium, Totius mortalis affectiōis repudiatio, Simplicitas innocētię cōiuncta, Spontanea vilitas. Porrò finis proficiētium, ac ratio ista est: Inanis gloriæ & iracundię vacatio, facilis meliorum spes, Quies, Discretio, Iudicii fixa & solida memoria, Misericordia, Hospitalitas, Modesta correptio, Oratio omni ꝑturbatiōe libera, Auaritię repudiatio. Eorum vero spirituū & corporum, quæ religiose & pie in carne consumantur: hic finis, hęc ratio, & lex est: Cor captiuatione superius, Consumata & perfecta charitas, Humilitatis fons, Mentis peregrinatio, CHRISTI inhabitatio, Lucis & orationis

inuiolabilis

inuiolabilis thesaurus,Diuinę illustratiōis co-
pia,Mortis desideriū,Odium vitę,Fuga corpo
ris,Mundi intercessor,Deo vim inferens,An-
gelorū in ministrādo socius,Scientię abyssus,
Ministeriorum domus,Archanorꝶ custos,Ho
minum saluator,Dęmonū deus,Vitiorꝶ domi
nus,Dominator corporis,Naturæ procurator,
Peccator extraneus,Beatæ tranquillitatis do-
micilium,Imitator domini per auxiliū domi-
ni. Non parua nobis vigilantia, & sobrietate
opus est:cū corpus morbis fatigatur. Cū enim
nos humi iacere dæmones viderint: nec posse
interim per imbecillitatē exercitatione corpo
rea contra eos vti:tunc acerrime nos oppugna
re nitūtur. Eos quidē,qui in sęculo sunt:dū in-
firmātur:iracūdię,nōnunq̄ etiā blasphemię spi
ritus cōsequitur. Eis vero,q a' sæculo remoti vi
uunt: siquidē rebus necessariis abundēt:gastri
margiæ, & fornicationis spiritus infestus est.
Sin autem in locis humana cōsolatione caren
tibus,dei'qꝫ bellatoribus cōgruis degant:acci-
diæ,atqꝫ perpetui mœroris tyrānus eis assidet.
Animaduerti fornicationis lupū dolores lan-
guido adiicientē, atqꝫ in ipsos dolores motus
in eo turpes excitantem, atqꝫ obscœni illū hu-
moris egestione fœdantē. Erat autē res maxi-
me stupēda,videre inter dirissimos aculeos do
loris carnem vigentē atqꝫ insanientē. propius
autem accedēs iacētes vidi,atqꝫ in ipso suo le-
ctulo

ctulo consolationē ex diuina operatione,& cō punctione capientes,dolores'q; per eam cōsolationem repellentes. Erant autē eo animo, & sic affecti:vt īfirmitate ipsa liberari vnquā nollent. Quippe qui per eā veluti per pœnā quādam salutarem animę vitiis se exutos & liberatos cernerenr.Itaq; glorificaui deum:qui luto lutum leuerat, & emundauerat. Intellectualis mens itellectuali etiam sensu omnino amicta est.hunc autē sensum, qui & in nobis est: & in nobis nō est:exqrere nō desinamus. illo enim inuēto & manifestato,exteriores sensus omnino amittent vim suā: illi'q; vnico obtemperabunt. Atq; hoc est,quod nouerat quidā sapiēs: cum diceret: & diuinum īuenies sensum. Vita monastica intimo sensu cordis exerceatur in operibus,in verbis,in cogitationibus,in motibus,in omnibus deniq;. Sin vero aliter fiat:nō mōastica sane erit:ne dixerim angelica. Aliud est prouidētia Dei:aliud adiutoriū: aliud item illius custodia:aliud misericordia:aliud'q; cōsolatio.Primum enim illud in vniuersa creatura declaratur: sequens vero in solis fidelibus: tertiū deinceps i iis ,qui verissime fideles sunt: quartū in iis,qui sibi seruiunt:extremū vero in iis,qui se diligunt,ostenditur. Fit plerunq; vt quod alteri medicina est, alteri venenum sit. Nonnunquā vero eadem res, si eidē suo tempore offeratur:medicina est:sin autē intempestiue:

stiue: venenũ efficitur. Vidi medicum ignauũ & obtusum, infirmũ confractũ & collisum affecisse cõtumeliis: nihil'q; ei præter desperationem parauisse. Vidi item medicũ ingeniosum & peritissimũ, inflatum cor per ignominię ferrum curauisse: omni'q; illud fœtoris putredine euacuasse. Vidi eundẽ infirmũ aliquando pro purgandis sordibus, obedientiæ bibisse poculum: & moueri, ambulare, neq; dormitare: aliquando vero animę ęgrotare oculis: & quietẽ agere, atq; in silentio pseuerare. Qui habet aures audiendi, audiat. Quidã nescio qua ratione (neq; existimatione dona dei comprehendere didici) naturaliter (vt ita dixerim) ad cõtinentiam, & solitudinis quietẽ & castitatem, & cõfidentiæ noxiæ abiectionẽ, & mansuetudinẽ, & cõpunctionẽ proni sunt. Quidam vero ipsam fere naturam suã his rebus aduersissimã habẽtes, pro viribus tamẽ sibiipsis vim facere persistunt: qui, etsi interdũ succumbunt: eos tamen ego vt naturę violatores libentius, quã priores illos suscipio, atq; cõplector. Noli magnũ sapere o homo: neq; eis diuitiis extolli, quas sine labore acquisisti. Pręscius enim dominus largitor munerũ summi detrimenti, & imbecillitatis, atq; perditiõis tuæ vel aliquãtisper te suis gratis absq; vllo tuo merito muneribus seruare decreuit. Sequuntur nos rudimẽta infantiæ nostræ & educationes & studia: siue obluctantur

tur quoq; cũ virtutis, cõuersationis'q; mona-
sticæ incremẽta capere cœperimus. Monacho
rum quidem lux angeli sunt: Cunctorũ autem
mortalium lux monastica est disciplina. Cer-
nent ergo summa ope per omnia fieri omni-
bus optima forma: neq; vllam cuiquam dent
offensionẽ. Nam ex iis, quę gerũt, viuendi nor
mam omnibus proponũt. Deniq; si lux verta-
tur in tenebras: tenebrę ipsæ, idest homines sę-
culo addicti quãtum putas prętérea obtenebra
buntur? Itaq; si mihi obtemperare vultis: cõue
nit omnino vt nos ipsos nõ variemus: neq; in
partes diuidamus infelicẽ aiam nostrã: ne ad-
uersus millia milliũ & decies totidẽ inimicos
nobis pugnandũ sit. Neq; enim poterimus o-
mnes illorũ astutias addiscere, vel omnino in-
uenire. Trinitate beatissima aduersum tres tri-
bus potissimũ armemur. sin alias: labores no-
bis ipsis plurimos prębebimus. Profectò si no-
biscũ etiã fuerit, qui conuertit mare in aridã:
noster quoq; Israel, videlicet mens deũ vidẽs,
ipsum sine fluctuum rabie transibit: videbit'q;
Aegyptios in lacrimarũ aquis suffocatos. Sin
vero ille non habitet in nobis: fluctuũ illius so
nos, videlicet carnis huius strepitũ quis susti-
nebit? Si exsurrexerit in nobis deus per actio-
nem: dissipabuntur inimici eius. & si per con-
templationẽ illi appropinquauerimus: fugiẽt
qui et illũ oderunt, & nos à facie illius, & no-
stra.

stra. Sudore magis ac labore, quã solo verbo diuina mãdata addiscere curemus. Non enim verba, sed opera exitus nostri tempore ostendenda erunt. Qui thesaurũ aliquo in loco latere audiunt: eũ solicite inquirunt: atq; ob ingentem inquisitionis laborẽ inuentum cautissime custodiũt. Nam qui sine labore diuitias adepti sunt: eas itẽ facile effundunt. Est quidẽ perdifficile, eas perturbationes, quibus diutius assueti sumus, vincere. qui vero eis quotidie adiicere non desinunt: aut de seipsis desperauerunt: aut nihil ex renũciatione lucrati sunt. Non ignoro tamẽ deũ posse omnia: nihil'q; illi esse impossibile. Rem quidam me interrogauerũt ad iudicandum difficilẽ, & quę omnes ętatis nostrę homines transcendat: in nullo'q; ex iis libris, qui in manus nostras venerunt: contineatur. Quænam proprie sunt principaliũ octo vitiorũ germina? Aut quod ex tribus maxime principalibus: cuius quinq; reliquorũ initiũ & propago est? Ego in re tá ambigua ignorantiã meã ingenue confessus, hoc à beatissimis illis viris audiui. Mater quidẽ fornicationis est gulę cõcupiscentia: Accidię vero inanis gloria. Porrò trium reliquorũ tristitia origo est: sicut & iracundia: superbiæ vero inanis gloria. Ego rursus à sempiterne memorandis illis addiscere orabam: quænam etiã ex his octo nascerẽtur: & quod ex quo proprie originem traheret. Illi

vero

vero me blande, ac placidissime absq; vllo elationis vitio docentes, aiebant: nullũ ordinem, aut prudẽtiæ rationẽ inesse in rebus stultis: sed omnem potius ordinis peruersionẽ, atq; incõstantiam: atq; id mihi veris exẽplis & rationibus persuadebant beati illi, plurima documẽta adducentes in medium: ex quibus aliqua huic operi inserimus: vt ex eis iã alia quoq; planissime intelligere possimus. Exẽpli causa, Intempestiuus risus aliquãdo quidem ex fornicatione, aliquãdo vero ex inani gloria nascitur: cũ scilicet apud seipsum intrinsecus quisq; turpiter gloriatur. nonnunquã vero etiã ex delitiis gignitur. Multus somnus aliquãdo ex delitiis, aliquando ex ieiunio nascitur: cũ scilicet ii, qui ieiunãt, extolluntur: aliquãdo vero ex accidia: aliquando ex natura etiã. Multiloquium aliquãdo ab inani gloria, aliquãdo à gastrimargia initiũ sumit. Accidia vero aliquãdo ex delitiis, aliquando ex cõtemptu timoris dei nascitur. Blasphemia proprie quidẽ est superbiæ germen. Nonnunquã vero etiã ex iudicando in eadem re proximũ, siue etiã ex improba dęmonum inuidia nascitur. Duritia cordis interdum à satietate, sæpe vero etiã ab insensibilitate, atq; ab affectione vitiosa originem ducit. Hæc vero rursus affectio & à fornicatiõe, & ab inani gloria, & ab auaritia, atq; à gastrimargia, aliis'q; plurimis oritur. Malitia rursus à tumore, atq;

re, atque iracũdia nascitur. Hypochrisis inde potissimum incipit: siquis sibi nimiũ placeat: se'que ipse moderetur: neque alterius viuat arbitrio. Porro' his cõtraria a' contrariis gignuntur. Et ne plura dicã (deficiat quippe me tẽpus, si per singula indagare voluero) proprie omniũ prędictorum vitiorum interemptrix humilitas est: quam qui possident: omnia vicerunt. Genitrix malorũ omniũ est voluptas malitiæ cõiuncta. his qui detinetur: non videbit deũ. nihil nobis abstinẽtia prioris proderit: nisi a' sequenti etiã abstineamus. Timoris domini exẽplũ a' principum ferarum'que metu capiamus. Cęterum affectus ad deũ, forma tibi sit corporum amor. nihil enim nos prohibet a' cõtrariis rebus virtutum petere exẽpla. Acerrime declinauit in malitiã pręsens hæc generatio: tota'que elatiõe, & simulatione repleta est: quæ labores quidẽ corporis fortasse ad antiquorum patrum exẽplar hactenus seruat: ipsorum vero gratiis omnino ĩdigna iudicatur: cũ certe (vt reor) nunq̃ alias ita indiguerit natura nostra his gratiis, vt nũc. Et merito sane' id patimur. nõ enim laboribus deus delectatur: sed simplicitate, & humilitate: atque his se potissimũ reuelat. Et si virtus CHRISTI in infirmitate perficitur: nõ tamen repellet dominus operariũ humilem. Quoties aliquẽ ex athlętis CHRISTI corporaliter vexari viderimus: nõ inclementer vitio illius infirmitatis

firmitatis eius causam deputemus: sed simplici magis, & pura charitate, vt ꝓpriũ mẽbrum, vt militem ex bello vulneratũ suscipientes obsequiis omnibus illũ foueã. Quædam nobis infirmitates pro purgatione peccatoꝝ, quædam pro humiliatione animi cõtingunt. Pius enim & clementissimus dominator noster & dominus sæpe, cũ quosdam pigriores ad exercitationem viderit: iam per infirmitatẽ, veluti per leuiorem ac faciliorẽ exercitationem carnem eorum humiliat: interdum vero animã quoq; ipsam a cogitatiõibus malis ac vitiis emũdat. Cuncta, quę nobis siue visibiliter, siue etiã inuisibiliter cõtingũt: aut bene, aut vitiose, aut medie suscipimus. Vidi tres fratres damno simili affectos, atq; vnus ex his ĩdigne tulit: alius sine mœrore perstitit: tertius inde ingẽs gaudium cepit. Vidi item agricolas, vnũ semen in terrã varia intentiõe iecisse: alius quippe vt opes sibi ipsi congereret, id fecit: alius vt creditoribus suis satisfaceret: alius vt donis honoraret dominum: alius vt per decorã frugem, & culturę peritiam laudẽ sibi a pertranseuntibus vitę viã aucuparetur: alius rursus vt inimicũ sui æmulũ amplius excruciaret: alius vero ne vt ociosus ab hominibus exprobraretur. hę igitur agricolarum, ac seminis appellationes ieiunia sunt, vigiliæ, elemosynæ, ministeria, atq; his similia. Porro intentiones illas prompte ac solerter in

domino

domino fratres examinabunt. Sicut cũ aquam ex fontibus exhaurimus: nõnunquã eam etiã, quę dicitur rana, vnà hausimus: ita & cũ virtutes exercemus: fit sępe vt et vitia clã illis implicita, & cõnexa simul arripiamus. Exempli causa, hospitalitati gastrimargia cõnexa est: Dilectioni fornicatio: Discretioni astus: Prudentię nequitia: Mansuetudini simulatio, & tarditas, & desidia, & cõtradictio, & sui cuiusq; moderatio, atq; inobediẽtia: Silentio doctrinę atq; eruditionis tumor: Gaudio elatio: Spei pigritia: Dilectioni rursum cõdemnatio: Quieti solitudinis accidia, & torpor: Castitati amaritudo: Humilitati confidentia. atq; his omnibus veluti cõmune collyrium, ĩmo vero venenũ inanis gloria cõnexa est. Non cõtristemur quoties petentes aliquid à domino nõ cito exaudimur. vellet enĩ dominus, si id expediret: omnes homines vno temporis mométo fieri impassibiles. Omnes, qui petunt aliquid à domino: nec petitionis suę cõsequuntur effectum: omnino propter aliquam ista℞ causarum id patiuntur: siue quia intẽpestiue postulant: vel quia indigne, & cũ inani gloria: vel quia si acciperent, in superbiam se eleuarent: fierent'q; negligẽtiores: cum id, quod petierãt, adepti essent. Quod dæmones, ac vitia, vel perturbationes ad tempus aliquid, vel etiã iugiter ab anima discedãt: nullus ferè ambigit, vt puto. Quot autẽ modis

eoꝝ huiuſmodi diſceſſio a' nobis fiat: pauciſſi- mi omnino ſciūt. Receſſerūt a' quibuſdā vitia non ſolū fidelibus, veꝝ etiam infidelibus, vno excepto. Illud enim ſolū veluti primariū uitio rum omniū dereliquerunt: ut impleret cęterorum locū: cum tale ſit, atq; adeo noxium: ut e' cœlo p̄cipitare poſſit. Conſumitur primo materia diuino igni inflāmata: & cū ea a' radicibus conſumpta ab anima, quæ purgata fuerit, ſimul iam & uitia recedunt: niſi forte rurſus ea per materiale uitæ inſtitutū, & negligentiā nobis attrahamus. ſponte dęmones excedunt: ut, dum ſecuri dormitamus: infelicē animam repente inuadāt, atq; diripiant. Non ignoro: has belluas aliter quoq; ſe ſolere ſubducere: cū ſcilicet anima uitiis omnino aſſuefactā, eiſ'q; cōformis fuerit effecta. Tūc enim iam ſibiipſa inſidiatur: ipſa'q; ſibi hoſtis eſt. Documentū nobis apertiſſimū eius rei infantes ſunt: qui, cum diutius matrū uberibus aſſuefacti fuerint: etiā cū non adſunt ubera: digitos ſuos ſugūt. Noui etiam quintā in anima tranquillitatē ex ſumma puritate, & laudabili ſimplicitate conſtātē. Iuſtum enim adiutoriū a' domino, qui ſaluos facit rectos corde: eos'q;, dū nō ſentiunt, a' malis liberat. Siquidē & infantes, cū exuti fuerint, ac ueſtimentis nudi: non ualde id agnoſcunt. Malitia quidē uitiū in natura naturaliter non ſunt: neq; enim creator eſt uitioꝝ deus: ſed uir

tutes

tutes certe naturales plurimę in nobis ab eo factæ sunt. Ex quibus istę absq; ulla cõtradictiõe sunt. Eleemosyna: & gẽtiles enim miserentur: Charitas: nã & mutæ animantes, cũ alternis orbantur, illacrimari uident: Fides: omnes enim hanc in nobis ipsis gignimus: Spes: nã & cum baptizamur: & cũ fœneramur: & nauigamus: & serimus: meliora speramus. Igitur si, ut demõstratum est, charitas in nobis naturalis uirtus est: hęc uero uinculũ, atq; ĩpletio legis est: profectò nõ longe à natura uirtutes sunt. Erubescant ergo, qui in istarũ exercitatione uirtutum imbecillitatẽ, atq; impotentiã prętendũt. Supra naturam sunt, fateor, castitas, Iracundiæ uacatio, humilitas, oratio, uigilię, ieiuniũ, perpetua cõpunctio. Ex his aliarũ quidem homines, aliarũ uero angeli, aliarũ autem deus ipse uerbum magister & dator est. In cõparatione malorũ oportet nos quod leuius fuerit eligere. puta cum plerũq; ad orationem assistimus: adueniunt fratres ad nos: necesse'q; est è duobus alterũ contingere: aut scilicet orationẽ derelinquere: aut fratrẽ à nobis absq; responsione tristẽ dimittere. Sed maior est charitas oratione. Hæc enim particularis est. illa vero virtutes omnes cõtineri pro confesso habetur. Cum uenissem aliquando in castellum quoddã, siue ciuitatẽ: sederem'q; ad mẽsam iuuenis adhuc: duobus simul vitiis me oppugnari sensi: gulæ

concupiſcentia,atq; inani gloria. Metuens tamen inſaniſſimę gulæ progeniē, inani gloriæ magis me ſuperandū dedi. Cognoui ego gaſtrimargię ſpiritū ſępe in iuuenibus inanis glorię dæmonē viciſſe: et merito. Apud eos quidem,qui in mundo ſunt:radix malorum omniū eſt auaritia:apud monachos vero gulę cōcupiſcentia. Sunt apud ſpirituales viros quędā plerunq; viliſſima vitia mira dei diſpenſatione in eis derelicta: vt per vilia illa, quæ ſine peccato ſunt,ſeipſos ſemper valde accuſantes humilitatis opes inuiolabiles acquirant. Fieri nō poteſt vt is,qui ſine ſubiectione viuit: humilitatē ſtatim in principio acquirat. Siquidē & is,qui artem aliquā inſtinctu proprio nullo docēte didicit: umbras,atq; imagines ſequitur. In duabus maxime generalibus uirtutibus actiuā uitam patres definiunt. et merito. Alia enim uoluptatum interēptrix eſt:alia uero per humilitatē hāc ſeruat illęſam. Quocirca luctus quoq; duplex eſt:quippe qui & peccatū iugulat:& humilitatem efficit. Piorum quidē eſt omni petenti dare: magis uero piorum etiā non petenti tribuere. Ab eo autē, qui tollit ab ſe aliquid, non exigere,cū maxime id poſſint: illorum tantummodo propriū eſt, quos nulla tangit perturbatio. In omnibus perturbationibus,& uitiis,omnibus'q; uirtutibus nos ipſos ſolicite inquirere nō deſinamus:ubi nā ſimus? i uitiis? an in

an in medio?uel in fine? Cuncta aduersum nos dæmonũ bella ex his tribus causis maxime constant. Aut scilicet ex uoluptatis studio: aut ex superbia: aut ex illorũ inuidia. Extremi quidem ex his beati: medii prorsus infelicissimi: primi uero usq; in finẽ permanẽt inutiles. Est quidã sensus, imo uero habitus, qui ferepo nus, idest laborũ patientissimus dicitur; a quo is, qui captus fuerit: nõ iam formidabit: nec laborem unquã aduersabitur. Hoc uenerãdo habitu martyrũ animę detinebantur: cũ supplicia fortiter perferrẽt: ac facile cõtemnerent. Aliud est cogitationũ custodia: aliud obseruatio animi. quãtum distat ortus ab occidente: tantum secunda priore sublimior est, & laboriosior. Aliud est orare contra cogitationes: aliud his contradicere, & reluctari: aliud eas cõtemnere, & penitus spernere. Atq; priori illi quidẽ attestatur, qui dixit. Deus in adiutorium meũ intende: & his similia. Sequenti uero is, qui ait. Et respondebo exprobrantibus mihi cõtradictionis uerbũ. Et rursus. Posuisti nos in cõtradictionem uicinis nostris. Tertii uero testis est ille, qui cecinit. Obmutui: & humiliatus sum: & non aperui os meũ: & posui illi custodiã: cũ consisteret peccator aduersum me. Et iterum. Superbi inique agebant usquequaq;. a contẽplatione autẽ tua non declinaui. Medius quidem horũ modus priore sæpe utitur: quod nõ

satis per se pparatus,& instructus sit. Prior autem nondū ita vt secundus, inimicos repellere potest. Tertius autē penitus dæmones fugauit, abiecit,& respuit. Impossibile est per naturā vt res incorporea terminetur à corpore. Sed omnia tamē ei possibilia sunt, qui deū possederit. Sicut ii, qui olfatus sensu ītegerrime vigēt: eū, qui clā habebat aromata, ignorare nō possunt: ita & anima purissima fragrantiā odoris, quā ipsa ex deo acquisiuit: fœtorem'q3, à quo ipsa perfecte liberata est: si sit in aliis, agnoscere, cęteris sine odoris sensu permanētibus, solet. Non quidē omnes beata tranquillitate pacificos fieri possibile est: cunctos tamē saluari, ac recōciliari deo nō est impossibile. Non tui alienigenę illi dominentur: qui dei dispēsationes arcanas, atq3 ineffabiles, siue visiones, quæ fiunt in hominibus, curiose inquirere volunt: deum'q3 personarū acceptorem esse clā suggerunt. Eiusmodi quippe elatiōis filii & agnoscuntur,& sunt. Sæpe cupiditatis, atq3 auaritiæ spiritus humilitatē simulat. ita & inanis glorię spiritus, sic & voluptatis ad erogādas eleemosynas hortatur. Si ergo vtrisq3 nos mūdos seruemus: in omni loco misereri nō desinamus. Aiunt quidā: dęmones obluctari dęmonibus. Ego autem eos omnes noui nostrā inquirere perditionē. Spiritualem omnē operationem visibilem, siue intellectualē præcedit proposi-

tum

tum nostrū,optimum'q; desideriū:q̄ ex coope
ratione dei in nobis fiunt.nisi enim priora præ
cesserint:secundū subsequi non solet. Si tēpus
omni rei sub cœlo est, ut ait Ecclesiastes: inter
omnes vero nostræ quoq; cōuersationis sacra
tæ res cōstant:inspiciamus diligētius,si placet:
& quid quo tēpore fieri cōueniat, quæramus.
Est enim omnino in iis,qui certant:tēpus tran
quillitatis,& tempus perturbationū ob certan-
tium infantiā:tempus lacrimaꝝ,& tempus du
ritiæ cordis:tēpus subiectionis,& tēpus impe-
randi: tēpus ieiunii: & tēpus cōmunicationis:
tempus belli inimici corporis,& tēpus mortis
concupiscētiæ feruētis: tempus hyemis & tem
pestatis animę,& tēpus serenitatis mētis:tem-
pus tristitiæ cordis, & tēpus gaudii spiritualis:
tempus docēdi, & tempus audiendi: tēpus in-
quinationum fortassis ob elationē, & tempus
munditię propter humilitatē:tempus luctatio
nis,& tēpus tutissimæ remissionis:tempus soli
tariæ quietis,& tēpus necessariæ nec dissolutæ
distractionis: tempus infatigabilis orationis,
tempus'q; itegerrimi & indissimulati ministe-
rii.Non ergo ante tēpus quę sunt tēporis pro-
pria,quæramus,mentis superbia decepti:nō in
hyeme calorē,neq; in semēte manipulos quę-
ramus.Est enim tēpus serendi labores:& tem-
pus metēdi ineffabiles gratias. Alioquin neq;
in tempore quæ sunt tēporis propria feremus.

Quidam ante labores, quidã i ipsis laboribus, pleriq; post labores, alii in ipsa morte, sacra laborum suoꝝ prẹmia per ineffabilẽ dei prouidentiam reportauerũt. Quẹrendum: quis hoꝝ altero fuerit humilior? Est quędã desperatio, quẹ ex peccatorum multitudine, & cõscientiæ onere, atq; intollerabili mœrore venit: dũ anima multitudine vulnerum plusquã submergitur: atq; illoꝝ pondere in desperationis profundum præcipitatur. Est & alia, quẹ ex superbia nobis atq; elatione contingit: dum scilicet nos ipsos veluti indignos ea, quæ nobis forte accidit, calamitate existimamus. hanc vero in vtrisq; qui diligenter obseruet, proprietatẽ inueniet: quod aliter quidẽ seipsum iã vitiis indifferenter exponit: aliter vero exercitationi in desperatiõe prior fit. quod absurdũ, atq; omnino incõueniens videtur. Sed hoꝝ alterũ continentia bonæ spei coniuncta, alterũ uero humilitas, ac nullũ iudicare sanare cõsueuit. Minime uero admirari, & ueluti in re noua perturbari debemus: cũ aliquos uidemus mala operari: & bona ex se uerba proferre. Nam & in paradiso fortasse serpentẽ illum elatio cũ extulisset, perdidit. Hæc tibi forma, hæc regula sit in omni conatu tuo, omniq; uiuẽdi genere, siue id subiectũ, siue non subiectũ sit, siue uisibile, siue intellectuale: an secundũ Deum proprie sit. Verbi gratia. Quoties rudes adhuc aliqd omni studio

dio agere nitimur: nisi ex eius actione plus humilitatis in anima accipiamus, quã prius habuerimus: non mihi uidetur nos secundũ Deũ id moliri: siue paruũ, siue magnum sit. Atq; in nobis quidẽ infantibus, ac rudibus hoc diuinę uoluntatis firmũ signũ est: in mediis uero fortasse sit bellorum sedatio, ac discessus. Porro in iis, qui perfecti sunt: diuini luminis adiectio, & copia secundũ Deum id esse, quod instituũt, significabit. Ea quidem, quæ parua sunt: apud magnos fortasse non parua sunt: magna uero apud paruos nõ usquequaq; pfecta. Aer purgatus nubibus clarissimum Solis iubar ostendit. anima uero anticipationibus libera, & remissione dignata, diuinã lucem protinus aspexit. Aliud est peccatum: aliud ociositas: aliud desidia: aliud uitiũ: aliud ruina. Qui potest quęrere in domino: apertius id quęrat. Quidã, mirabilia operari, esse'q; in spiritualibus gratiis conspicuum, prę omnibus beatũ dicunt: ignorantes plurima esse excellentiora, quæ idcirco tutiora sunt, ac sine ruinę metu: quod sunt occulta. Is quidẽ, qui pfecte purgatus est: ipsam etsi nõ ipsam animã proximi uidet, quomodo affecta sit. qui autẽ adhuc in profectu est: ipsam per corporis habitum coniicit. Sępe ignis exiguus totã emundauit syluam. sicut & minima cauerna totũ nõnunquã laborem corrupit, ac perdidit. Sæpe fit ut reges per inimicitias uim

animi exsuscitet: nec tamen cõcupiscentiæ ar/dorem excitet. Fit'q; item nõnunquã ut ingẽs carnis afflictio ipsos etiã fortasse motus mo/ueat: ut non in nobis ipsis confidamus: sed in deo, qui carnẽ hanc incognite mortificat ui/uentem. Cum aliquos secundũ Deum nos dili gere uiderimus: id cautissime seruemus: ut cõ/fidentiam omnino fugiamus. Nihil enim ita charitatem soluere odium'q; cõsueuit efficere: sicuti cõfidentia. Intellectualis, & ualde deco/rus ac lucidus est animæ obtutus: omnem'q; speciem, siue ideã post incorporeas substãtias excellit. Ex quo fit ut uitiosi quoq; sæpe aliarũ animaꝝ cogitationes pro ingenti ad illas di/lectione possint cognoscere: id'q; tum magis: cum a carnis luto demersi per sordes nõ fuę/rint. Si nihil ita dei purgatissimę naturę cõtra/rium est, ut materia: omnis, qui legit, ĩtelligat. Obseruationes in sæcularibus quidẽ obsistunt diuinę prouidentię: in nobis autẽ intellectuali scientiæ. Ii quidẽ, qui animo imbecilles, & in/firmi sunt: ex corporis calamitatibus & pericu lis, exterioribus'q; tentationibus a deo se uisi/tari cognoscant. Qui uero perfecti sunt: ex prę sentia sancti spiritus, & adiectione gratiarum. Quoties quietis causa lectulo decubuerimus: adueniens ĩmundus spiritus iniquas ac sordi/das cogitationes, ueluti spicula quædã iacula/tur in nos: ut, cũ per desidiã ad orationem nõ

exurgimus: neq̃ cõtra illũ ocyus armamur: in ſordidis obdormiamus cogitationibus: ſordida'q̃ uideamus ſomnia. Eſt ẽ ſpiritibus unus, qui pręcurſor dicitur: qui nos ẽ ſomno ſurgentes protinus excipit: primum'q̃ noſtrũ cogitatum inqnare nititur. Da domino primitias diei tuę. Erit enim tota eius, qui prior illã occuparit. Memorabile uerbũ, atq̃ auditu digniſſimum oparius quidã optimus locutus eſt. Ab ipſo, inquit, matutino tẽpore curſum totũ meũ diei ſcio. Multa ſunt pietatis, ac perditionis itinera. Quocirca ſæpe, dum quis alteri aduerſatur: alii libẽtius, & charius iungitur: amborũ'q̃ intentio grata & accepta apud deũ eſt. Certant quidẽ aduerſum nos totis uiribus dęmones: & in eis, quę nobis cõtingunt, tentationibus indignum aliquid uel dicere, uel facere ſuggerunt: quod cũ non potuerunt efficere: iã quietis nobis adſtantes ut ſuperbã deo gratiarum actionem referamus, hortantur. Ii quidẽ, qui ſuperna ſapiunt: ſi ſeparentur: ſurſum iterũ per partes redeunt. qui uero infirma: infra rurſus eũt.

Eorum enim, qui ſeparantur: nullũ pręterea eſt medium. Vna ex creaturis in alto non in ſe ipſa ut eſſet accepit: mirum'q̃ ſanẽ eſt quomodo extra eum, in quo eſſe accepit, cõſtare ſolet. Pias quidẽ filias matres pariunt: matres autem dominus cõdidit. Prędicta uero regula in contrariis quoq̃ uti nõ inſipienter poſſumus. Formidoloſum

midolosum ad pręlium egredi Moses, immo per Mosen dominus uetat: ne forte sit error animæ nouissimus maior priore lapsu corporis, atq; pernitiosior: ac merito.

DE DISCRETIONE AD DIscernendum facili.

q VEMADMODVM ceruus Solis adustus ardoribus latices desiderat: ita apud monachos desideratur diuinę bonæ uolũtatis cõprehensio: prętereaq; & cõmistę, & contrarię cognitio: de quibus multus re uera nobis est sermo: atq; ad interpetrandũ difficilis: ut scire possimus quænã illa sunt nostra opera, quæ sine dilatiõe fieri, atq; omni mora citius debeant, secũdum eum, qui dixit: Væ qui differt diẽ de die, & tempus ex tẽpore. Quęnam rursus morosius, atq; cũ consultatione: sicut ille admonet, qui ait. Cũ gubernatione fit bellum. Et rursus. Omnia honeste & ordinate fiant. Non est sane vna minimarũ rerũ huiusmodi ad diiudicandũ difficilia citius iudicio non aberrante discernere. Nempe enim & diuinus Dauid, qui & spiritum sanctũ habebat in se loquentem: hoc sępius orare videtur, nunc quidẽ, Doce me facere voluntatem tuã. dicens, quia tu es deus meus: nũc vero: Deduc me in veritate tua; Et rursum. Notam fac mihi domine

domine viam, in qua ambulem: quoniam ad te ab omni cura ac pturbatione sęculari leuaui animam meā: & exaltaui. Quicūq; re vera voluntatem CHRISTI addiscere volunt: suā prius volūtatem studiose mortificare debent: dein de vero fide, atq; inocua simplicitate orātes, patrum'q; siue fratrū animas summa cordis humilitate ac sine cordis hæsitatione interrogantes: quæ illi cōsulunt, tanquā ex dei ore suscipiant: & si cōtraria intētioni suę sint quæ ab illis fuerint dicta: etiam si ii, qui interrogantur, non valde spirituales fuerint. neq; enim est iniustus deus: vt animas decipiat, quæ se per fidē & innocentiā proximi cōsilio atq; iudicio humiliter submiserint. Etsi enim irratiōabiles ac muti illi fuerint, a quibus petimus: is tamē, qui loquitur, īmaterialis est, atq; inuisibilis. Ingenti humilitate pleni sunt, qui prędictā regulam nihil hæsitantes sectātur. Nam si quidā in psalterio suū aperuit problema: quātum putatis rationalem mentē, atq; intellectualē animā muto sono esse excellentiorē. plurimi vero, cū necdum perfectū hoc & leue bonū, ideo quod sibi nimiū placerēt, percepissent: sed ex seipsis, atq; in seipsis quid deo gratū atq; acceptum sit, niterentur cōprehendere: varia valde, & plurima de hoc nobis iudicia dictarunt. Quidam vero talia quęrentes cogitationē suam ab omni affectione remouerūt: & in vtrisq; cōsiliis ac vo-

luntatibus

luntatibus animæ collocauerunt: videlicet in eni tente,& cōtradicente:mentem'q; suā omni voluntate propria nudatā per ardentissimam orationem domino sistentes ad certum diem agnitione volūtatis illius potiti sunt:siue intellectuali mente cū mente nostra intellectualiter loquente;siue intētione vna perfecte ex anima deleta. Alii ex ea,quę conatū sequitur,vexatione,& disturbatione hanc esse dei voluntatē didicerunt:secundū eum,qui ait. Voluimus venire ad vos & semel, & secundo: & impediuit nos sathanas. Cōtra alii rursus ex insperato rei adiutorio hoc gratū deo,atq; acceptū esse senserunt,illud dicentes. Omni proponenti bonū deus cooperatur. Is, qui deū in semetipso per illustrationem possidet:& in vrgentibus, & in morosioribus rebus secundo modo,nō tamen tempore certior fieri à deo solet. Hęsitare vero in iudiciis,ac diu incertū mutare,animę lumine carentis atq; inani gloriæ deditæ, certū argumentū est. Abest à deo iniustitia:eos'q;:qui cum humilitate pulsant: excludi non patitur. Intentio semper in omnibus apud dominū discutienda est,& in iis,quæ vrgent:& in iis,quæ differri debent. Omnia enim,quæ affectiōe vituperabili, & inquinatiōe omni munda propter dominū proprie, nec ꝓpter aliud aliquid fiunt:etiā si non sint omnino optima:nobis tamen vt optima imputabuntur. Nam earū re℞,

quæ

quæ supra nos sunt, inquisitio nequaquã finẽ securum,atq; tutũ possidet. Arcanum valde est dei circa nos iudiciũ. Mira nanq; dispensatio-ne sæpe voluntatẽ suam à nobis abscõdi deus vult: sciẽs quòd si hãc didicissemus: nõ illi obtemperaremus: pluraq; vulnera susciperemus. Rectum cor varietate rerũ liberũ euasit: atq; in innocentię nauicula tute nauigat. Sunt animę quædã diuino amore,& cordis humilitate fortes: quæ eas quoq; actiones, quæ supra se sunt, alacriter aggrediũtur. Sunt itẽ superba corda, quę hoc ipsum faciũt. Intentio est inimicis nostris, quæ supra vires nostras sunt, nobis sæpe suggerere: vt, dum illa perficere nõ possumus: mœrore atq; anxietate animi fatigati, etiã iis, quę possumus, cadamus: risumq; maximũ inimicis nostris faciamus. Vidi ĩbecilles animas, ac debilia corpora pro peccatorũ multitudine superiora ac maiora se certamina arripere conari: nec ea posse sustinere. quibus ego humilitatis, inquam, non laborũ magnitudine deus pœnitentiam metitur, ac iudicat. Plerũq; peruersio supremorũ malorũ causa est: interdũ vero etiam familiare pessimorũ contubernium. Sępe tamen etiã puersã anima ipsa sibi ad perditionem sufficit. Qui à duobus illis segregatus est: à tertio quoq; fortasse liberabitur. qui vero à tertio tenetur: reprobus in omni loco erit. Nullus enĩ cœlo certior, ac tutior est. Ab iis quidem,

iis quidē, qui aduersum nos mala volūtate dimicant, siue infidelibus, siue nō rectę fidei hominibus, post primā & secundam correptionē quiescamus. iis autē, qui veritatē addiscere cupiunt: benefacere in æternum non desinamus. Vtrisq; autē ad confirmationem nostri cordis vtemur. Irrationabilis valde ille est, qui virtutes sanctoꝝ, quę supra naturā sunt, audiens, de seipso desperat. imo vero illę in altero eˀ duobus te optime erudiunt. aut enim ad imitationem sanctę fortitudinis excitāt: aut ad summā tui ipsius agnitionē, & eius, quę in te est, fragilitatis demonstrationē per beatissimam humilitatem te cōuertunt. Sunt inter imundos spiritus, iniquis nequiores, qui peccatū solos operari nos minime cōsulunt: vt grauiori supplicio multandos parent. Vidi consuetudinē malam alterū ab altero didicisse: eum'q;, qui docuerat, in seipsum reuertisse: & pœnitentiā agere cœpisse: atq; aˀ malo quieuisse: sed tamē pro mala discipuli actiōe inualida fuit illius pœnitētia. Summa re vera summa est, atq; ad cōprehendēdum perdifficilis malignoꝝ spirituum nequitia, paucis'q; pspecta & cognita: ne paucis quidē (vt reor) tota cognita: quomodo & delicatius viuentes, & saturitate distēti vigilamus, tanquā maxime sobrii simus: ieiunantes autē, & in erumnis degentes somno miserabiliter deiicimur: soli quiescentes obduramur: & de-

gentes

gentes cũ aliis compungimur: fame cõfecti in somnis tentamur: impleti vero sine tentatione persistimus: per ediã obtenebrati, & sine sensu compũctionis efficimur: porro in potu vini hilares atq; ad cõpunctionem proni ac faciles sumus. Ad hæc qui in domino potens, ac idoneus est: eos, q sunt sine lumine: illustret. Nos enim hactenus ad huiusmodi sine lumine, & minus idonei sumus. illud tamen dicimus: qđ non semper ex dæmonibus huiusmodi mutatio fit, plerũq; etiam ex cõcretione datæ mihi nescio quo pacto sordidę atq; illecebrosę pinguedinis. Cæterũ pro hac ad discernendũ non facili prędictorum concidentia synceriſsime semper deprecemur dominũ. & siquidẽ post orationem, atq; post eius tempus, eodẽ modo id, quod fit, opari inuenerimus: proculdubio sciemus, id non ex dæmonibus esse, sed ex natura. Plerunq; vero etiã diuina prouidentia per contrarias res nobis benefacere vult, elationẽ per omnia cõprimens nostrã. Est quidem grauiſsimum: velle abyssum iudiciorum dei curiose perscrutari. nã in nauicula elationis curiosi nauigant. Dicẽda tamẽ aliqua sunt, ob multorum imbecillitatem. Interrogauit quidã aliquẽ ex iis, qui videre poterant: quid nã sit, quod præ noscens dominus quorũdam ruinas, eos gratiis maxime exornauit? Ad quẽ ille, vt reliquos quoq;, ait, spirituales viros cautiores faciat: li-

berum'q; ostēdat arbitriū: atq; i iudicio inexcu sabiles eos, qui lapsi sunt, faciat. Lex quidem vt imperfecta, Attende, ait, tibiipsi. dominus autē vt perfectissimus, etiā correptionem fratris nobis mandauit, dicens. Si peccauerit in te frater tuus: & quę sequuntur. Si ergo munda est reprehensio tua, atq; humilis, imo vero admonitio: quod præcepit dominus, implere nō negligas: & in eis maxīe, quæ possibilia sunt. quod si nondū ad hoc peruenisti, vel in legis exercere seruitio: noli mirari: cū videris etiā amantissimos tuos reprehensionum tuaꝝ causa inimicos tibi fieri. dæmonū quippe instrumēta sunt huiusmodi leues, & maxime in iis, qui sibi inimici sunt. Tenet me vehemēs admiratio: quomodo, cū in virtutibus quidē omnipotentem Deū, sanctos'q; angelos adiutores habeamus: in contrariis autē malum, & solū dęmonē: paratius tamen, ac velocius ad uitia flectimur. De his ego diligētius loqui nec possum, nec volo. Si cuncta, quæ facta sunt, naturā suam seruant: sic'q; vt facta sunt, permanēt: quomodo (vt ait magnus Gregorius) dei sum ... luto commisceor? Sin autē creatura aliqua aliter quā facta fuerit, cōstat: omnino cognationē suam inexplebiliter appetit. Omni arte (vt ita dixerim) omni'q; studio quisq; niti debet, vt lutū hoc à terra eleuans in dei solio collocet. Nullus itaq; difficultatē causetur ascēsus. via enim & ianua

cunctis

cunctis aperta est. Auditio quidē eaꝝ virtutū, quas gessere spirituales patres: mentē, atq; animam ad æmulationē excitat. porro doctrinæ auditus ad imitationē huiusmodi ęmulos perducere solet. Discretio est in tenebris lucerna, errantium reditus, cęcutientiū illuminatio. Discretus est sanitatis inuentor, morbi'q; emūdator. Duobus modis omnes, q parua quæq; admirātur: (hoc est enim microthaithmasti) hoc perpeti solēt: aut propter supremā ignorantiā: aut ex intentione seruandę humilitatis, proximi opera magnificātes, atq; extollentes. Contendamus toto annixu non solum luctari, sed etiam bellari cōtra dæmones. Nam qui luctatur: nunc quidē vulnerat: nunc aūt vulnera excipit. qui vero bellū gerit: semp insequitur hostē. Qui vicerit vitia: dæmones vulnerat. ac per id, quod se vitia simulat: inimicos fallit: perdurat'q; inexpugnabilis. Quidam ex fratribus aliquando ignominia affectus est: &, cū omnino corde motus nō fuisset: in mente secretius orauit: atq; ita in ignominiis lamētari cœpit: hac ficta perturbatione trāquillitatem suā sapientissime abscondens. Alius item ex fratribus, cū primam sessionē omnino non cuperet: hāc se auidissime appetere finxit. Illius vero castitatē quibus verbis eloquar? qui quasi peccādi causa lupanar ingressus meretricē ipsam ad pœnitentiam traxit? Cuidam itē solitario cū primo

mane quidam vuę botrų attulisset iam'qꝫ is, qui obtulerat, profectus ab illo esset: summo quodam ac celeri impetu illū deuorauit absqꝫ appetitu vllo: per hoc seipsūm gulę addictū dæmonibus indicans: atqꝫ ita illos ludēs. Alius item, cū modicas amisisset palmulas: tota die se mœrentem finxit. Summa istis vigilātia opus fuit: ne forte, dū hostes ludere nituntur: illi ipsi magis ludibrio fierēt. Hi enim re vera illi sunt, de quibus ait apostolus: vt seductores, & veraces. Siquis corpus castū offerre CHRISTO cupit: & cor mundissimū illi ostendere: obseruet omni studio vt nō irascatur: atqꝫ continētiam custodiat. Absqꝫ his enim omnis labor noster erit inutilis. Sicuti varia sunt humanoꝝ oculorum lumina: ita permultæ sunt ac differentes, quæ in anima fiūt, intellectualis Solis offuscatiōes. Alia nāqꝫ est, quæ per corporis lacrimas, alia, quę per animæ, alia itē, quę per corporeos oculos, alia, quæ per intellectuales, alia, quæ ex auditu verbi, & alia, quæ sua sponte in anima mouetur lætitia: alia item, quę ex solitudine, & alia, quæ ex obedientia nascitur. Præter hęc omnia, alia est singularis, quæ more suo quodā proprio mentē CHRISTO per extasim intellectuali lumine secrete atqꝫ ieffabiliter sistit. Sunt virtutes, & sunt virtutum matres. Sapiens itaqꝫ magis vt matres acquirat cōtendet. Matrum quippe deus ipse in sua actione magister

est: filia quę autẽ plurimi. Caueamus ne forte delitiarũ abstinentiã multo somno suppleamus. hoc enim insipientiũ est opus. Sicuti ecõtra, vidi pietatis athlętas cũ casu aliquo modice ventri indulsissent: citius totis noctibus stando miserum fortiter cruciauisse: iam'que cũ gaudio saturitatem fugere, atque aduersari didicisse. Luctatur quidem acriter auaritiæ spiritus cũ iis, qui nihil possident. Cum vero illos deiicere instituto suo nõ potuerit: tunc iam occasionẽ pauperum præferens, expeditissimos mũdanis rebus iterũ implicari & impediri suadet. Quoties pro peccatis nostris mœremus: & tristes sumus: præceptum domini ad Petrũ ad memoriã reuocare non desinamus: ignoscendi scilicet septuagies septies peccãti. Quod enim alteri mãdauit: ipse profecto multo magis implebit. Cũ vero nostris meritis extollimur: eius rursum meminerimus, qui ait. Qui totã spiritualem legem impleuerit: offenderit autẽ in vno vitio: hoc est: in superbiæ tumore: factus est omniũ reus. Quidam sunt nequã, inuidorum'que spirituum status: qui sponte se a sanctis subtrahũt: ne, si illos iis bellis, quę vincere nõ possunt, inquietent: coronas eis inuiti ministrent. Beatos quidẽ esse pacificos, nullus est, qui refragetur. Ego vero inimicos etiã beatos vidi. Duo quidam impuro se inuicẽ amore diligebãt. quod cum animaduerteret vir prudẽs, atque probatissimus:

simus: serendi inter illos odii se ministrū fecit: illi quidē apud hunc detrogans: vt qui eū male dictis insectaretur: & huic apud illū similiter: valuit'q; sapientissimus humano astu dęmonū nequitiam repellere: odium'q; inserens fornicationis vinculū soluit. Sunt qui mandati gratia mandatū excludant. Vidi enim iuuenes se inuicem castissimo amore, ac secūdum Deum diligentes: qui tamen, dum alioꝝ conscientiā inde lædi concupiscerent: cōuenit inter eos, vt se ab inuicem ad tēpus elongarēt. Sicut cōtraria sunt nuptię, ac funus: ita sibi male cōueniūt superbia, & desperatio. videas tamē ex dęmonum peruersitate, & incōstantia sæpe vtraq; simul. Sunt nōnulli ex spiritibus imundis: qui interpretationē diuinaꝝ scripturarū nobis in exordiis enunciant. hoc autē in illoꝝ vt plurimum cordibus agere solent: qui inani gloriæ student: & illoꝝ in primis, qui externę sapientiæ literis eruditi sunt: vt illos sensim fallentes in hæreses, & blasphemias deducant. Ex ea vero turbatiōe, effusa'q; ac turpi lętitia, quā enunciationis illius tēpore in anima nostra fieri sen serimus: dæmonū theologiā, īmo vero batho logiam, idest loquacitatē agnoscemus. Ordinem quidē, & initium, quædā vero ex iis, quæ facta sunt, finē etiam ab eo, qui illa fecit, accepe runt. Virtus vero finē habet infinitum. Omnis quippe cōsumationis vidi finē, ait cœlestium

hymnorum cantor: latū mādatum tuū nimis, atq; infinitum. Si quidā boni ac probati operarii ex vi actiua proficiunt in virtutē contemplationis: si charitas nunquā desinit: si dominus custodit introitū tui timoris,& exitū charitatis tuæ: huius profectò possessio infinitus est finis: in qua proficere nunquā desistemus, nō in præsenti, nō in futuro, lumini scientię lumen adiiciētes. Et si enim plerisq; quod dicturi sumus, nouum videbitur: dicemus id tamē. Secundū eam, quā prędiximus, demonstrationē equidē o admirabilis pater, ne ipsas quidē intellectuales, angelicas'q; substātias dixerim carere profectu: sed eas quoq; magis gloriæ gloriam,& scientiæ scientiā semper adiicere definio. Noli mirari si dæmones nonnunquā bonas nobis cogitationes suggerunt: eis'q; intellectualiter contradicunt. ea enim est inimicis nostris intentio: vt per hoc nobis persuadeant: se nostras quoq; ītimas cogitatiōes agnoscere. Noli amarus esse, ac nimium seuerus iudex: quoties aliquos videris docere magna, & operari negligentius. sępe nanq; suppleuit defectum operis vtilitas verbi. non omnes ęqualiter omnia habemus. In quibusdam enim sermo vberior est opere: in aliis rursus secundū primo maius est. Malum quidē deus neq; fecit, neq; creauit. Seducti sunt ergo, qui aiunt vitia quędā in anima esse naturalia: ignorantes, quod cōstantes na-

turæ proprietates nos in vitia cōuertimus. puta. Semen in nobis per naturā inest ob liberorū procreationē. nos illud in fornicationis turpitudinē transtulimus. Inest nobis à natura furor: vt illo contra serpentem vtamur. nos aduersus proximū illo vsi sumus. Inest ęmulatio: vt virtutes ęmulemur. nos in malā partem æmulamur. Adest animæ per naturā gloriam desiderare, sed supernā. adest illi superbire: sed aduersus dæmones. Inest similiter & gaudiū: sed vt in domino, & de proximi prosperitate lętemur. Accepimus & seruare memoriā iniuriarum: sed cōtra inimicos animę. Accepimus ab illa cibi appetitū, non luxurię. Anima impigra, & alacris cōtra se dęmones prouocat. multiplicatis autē aduersus eā bellis, coronę quoq; multiplicantur. qui nō pulsatur bellis: prorsus non coronabitur. qui in iis casibus, qui cōtingunt, nō perturbatur: neq; animo lacessit: is vt fortissimus bellator ab angelis glorificabitur. Tres quidā noctes in terra cū fecisset: penitus reuixit. qui vero tres horas vicerit: non moritur. Siquando ex disciplina diuina nobis dispensatione permissa Sol ille iustitiæ, postquā in nobis ortus fuerat, agnouit primū occasum suū: posuit omnino tenebras: & facta est nox. In ipsa vero iam ptrāsibunt ad nos ii, qui prius recesserāt, feri leonū catuli, omnes'q; bestię spinosarum passionū rugientes: vt rapiant eā, quę

est in

est in nobis, spem: & quærentes sibi à deo vitiorum escam, siue per intentionē & voluntatem, siue etiā per actum. Ortus est nobis iterū sol per obscurā humilitatē: & ad seipsas bestiæ congregatę sunt: atq; in cubilibus suis, videlicet in cordibus voluptuosis collocabuntur: & non in nobis. Tunc dicēt inter dęmones. Magnificauit dominus facere misericordiā cū eis. Quibus nos respōdebimus. Magnificauit dominus facere nobiscū: facti sumus lætātes. vos autem persecutionē passi estis. Ecce dominus sedet super nubē: leuem animā videlicet ab omni cōcupiscētia terrena exaltatā: & veniet in aegyptium cor pridie obtenebratū: & mouebuntur manu facta simulachra, & sordidę cogitationes mentis. Si CHRISTVS ab Herode corporaliter fugit, & quidē omnipotens: addiscant improbi, & temerarii, non seipsos in medias tentationes imittere. Non des enim, inqt, in cōmotionem pedem tuū: & non dormitabit, qui custodit te angelus. Cōnexus, atq; adiunctus est fortitudini fastus, veluti cypresso taxus arbor. Cura sit nobis perpetua atq; indefessa: ne tenuis quidē cogitatio ascendat in mentem nostrā: quę bonū nos vllum vel minimū habere suggerat. Quod si hanc proprietatē diligenter obseruantes, inuenerimus mentē nostram huiusmodi cogitatione pulsari: tūc re vera in defectu nos adhuc esse intelligimus. In-

quire

quire etiam infatigabiliter vitioꝝ argumenta: tunc'q; plura ex iis tibi inesse cognosces: quæ, dum in morbis adhuc sumus discernere, siue per infirmitatẽ, siue quod nos ante profundissime occupauerit, & penitus sibi vindicauerint: non possumus. Propositũ iudicat dominus. In iis vero, q̃ possibilia sunt, nobis actionẽ quoq; clemẽter inqrit. Magnus ille quidẽ: qui nihil, quod factu possibile fuerit, facere omisit. Maior autẽ: qui per humilitatẽ etiam quæ vltra vires suas sunt, agere conatur. Plerũq; dæmones ea, quæ leuiora sunt, & magis vtilia: nos agere vetant. quæ vero difficiliora, laboris'q; pleniora sunt: ea magis arripere hortátur. Inuenio Ioseph illum castissimũ ideo beatũ dici: quod peccatum caute declinauerit: nõ quod impassibilẽ se ostentarit. Quærendũ vero nobis est: quot, quibus'ue modis peccati declinatio coronis donetur. Aliud est enim vmbram fugere: aliud ad Solẽ iustitię accurrere. obtenebratio causa fit offensionis: offensio vero lapsus occasio est: lapsus vero mortis. Sæpe ii, qui per nimiá vini potationẽ obtenebrati fuerant: aquã bibẽtes, ad sobrietatẽ mentis reuocati sunt. ita & qui obscurati vitiis fuerant: per lacrimas resipuerunt. Aliud est perturbatio: aliud effusio: aliud'q; excæcatio. priorẽ illam sanauit continentia: sequentẽ quies solitatia: tertiá obedientia, & deus, qui propter nos obediens effectus est.

est. Nos ex duobus exemplis eorũ, qui terrena & infima purgare solẽt: duas cõuenientissime purgationes eorũ, qui superna sapiunt, colligimus. Et fullonũ quidem officinam (exẽpli causa) dicimus cœnobiũ secundum Deum: quod sordes, & crassitudinẽ, atq; turpitudinẽ animæ diluit, ac resecat. Tingentium vero officina est Anachoresis iis, qui in cœnobii exercitatione lasciuiam, & memoriã iniuriarũ, & iracũdiam deposuerũt: iam'q; ex ea ad quietẽ solitudinis migrarunt. Aiunt quidã: quod in eadem delicta denuo incidere, ex defectu cõtingat pœnitentię cõgruę: ex qua prioribus malis emẽdatio inferri solet. Quærendũ vero: num omnis quoq;, qui in eadem peccata nõ incidit: digne etiam pœnitentiã egit? Inciderunt quidam in eadẽ delicta, siue prioribus profunda obliuione sepultis atq; obrutis, siue quod ex uoluptate nimiũ clementem deum sibi suggesserũt: siue quod de salute sua desperauerunt. Siquis vero me non nimis inclementer accusare velit: id quoq; addiderim: quibusdã hoc ideo cõtingere: quod inimicũ suum iã vincire nõ possint, se per cõsuetudinis tyrãnidem violenter subigentem. Inquirendũ quoq; diligentius: quomodo, cũ anima sit incorporea: eiusdẽ substantię spirituũ in se aduenięntium naturam videre solita nõ sit? nũ forte propter coniunctionem, quam solus ille nouit, qui cõiunxit? Interrogabat

bat aliquando me quidā scientia maxime illu
stris, his me verbis cōpellans. Dic oro, dic scire
cupienti mihi: qui nā spiritus humiliare men-
tem, qui'ue exaltare in peccatis soleāt? Ego cū
ad huiusmodi consultationem hæsitarē: me'q;
id nescire iuramēto firmarem: demum me is,
qui discere venerat, instruxit ita paucis dicens.
Cum tibi discretionis fermentū dedero: de re-
liquis tibi cū labore inquirendū relinquā. For
nicationis, & iracundiæ spiritus gastrimargię,
& accidię, & somni mētis cornu extollere non
ferè cōsueuerunt. Porrò auaritiæ, & principa-
tus appetēdi, & loquacitatis spiritus, alii'q; plu
rimi malo malū adnectere solēt. idcirco iudi-
candi quoq; spiritus his ꝓxime accedit: siquis,
cum ad sęculares profectus fuerit: aut eos ipse
susceperit: ex illoꝝ separatione tristitię iaculū,
& non magis lętitiam suscipit: vtpote impedi-
mento & laqueo expeditus: hic aut ab inani
gloria, aut à fornicatiōis spiritu illuditur. Ante
omnia qua ex parte venti flatus īpellat, exqui-
ramus: ne vela in aliā, quā debuimus, partem
expādisse videamur. Exhortare ex charitate se-
nes scientia & actiōne claros, qui corpora sua
in exercitatione cōtriuerunt: modicū sibi quie
tis indulgere. Iuuenes cōtinenter viuere coge,
qui animas suas in peccatis cōtriuęrunt: sempi
ternum illis cruciatū ad memoriam reuocans.
Possibile nō est (quod & alibi diximus) statim
in ipsis

in ipsis cōuersionis initiis gulæ cōcupiscentiā, atq; inanem gloriā à nobis omnino superari. Non tamen erit nobis tutum velle per delitias inani glorię resistere. Superata nāq; inanis gloria iterum inanem gloriā gignit, in eis potissimū, qui rudes adhuc sunt. imo vero per inediā aduersus illam cōfligamus. Veniet enim hora: & nunc volentibus est: vt & hanc subiiciat dominus sub pedibus nostris. Non eisdē oppugnantur vitiis, qui iuuenes, & q senes ad dei seruitium accedunt. Sæpe enim diuersis, & penitus cōtrariis morbis laborant. Quocirca beata sanè est, & multū necessaria sancta humilitas, quę & iunioribus, & senioribus certissima simul & potissima pœnitētia efficitur. Non te id pturbet, quod dicturus aduenio. Rarę quidem sunt, sed sunt tamē animæ rectæ, & ab omni nequitia, & malitia, & simulatione, & astu alienę. Eis vero aduersatur maxīe hominibus admista cōuersatio: cum possint, si ducē nactæ fuerint: veluti ex portu quodā quietis in cœlū conscendere: atq; vitę cōmunis tumultibus, & scandalis liberæ sine vllo horum experimento persistere. Lasciuiētes quidē homines, iniquos autem angeli curare solent: superbis vero solus deus mederi potest. Et hoc nōnunquā forsasse sit charitatis species: proximo, cum se ad nos cōtulerit: permittere in omnibus facere vt vult: nobis tamen omnē hilaritatem ostenden-

tibus.

tibus. Inquirendum quomodo, & quatenus, & quando, & an pœnitentia vt mala, ita & bona quoq; soluere sit solita. Summa nobis discretione vtendũ erit: vt nouerimus quando stare, & in quibus, & quatenus aduersus vitiorũ materias luctari debeamus: & quãdo nos a' collu ctatione subducere. Pręstat enim interdum fugam potius ob imbecillitatẽ virium nostrarũ eligere: ne moriamur. Videamus, atq; obseruemus cautius: quo in tẽpore, & quomodo per amaritudinem bilem exinanire possumus: qui dęmonum extollant: qui humilient: qui obdurent: & qui cõsolentur: q tenebras nostris mentibus obducant: & qui rursus illustrationẽ simulent: qui tardos, & hebetes, & qui cõtra astutos, qui tristes, & qui nos lætos efficiant. Non pturbemur, si initio statim procliues nos ipsos in vitia viderimus in stadio nostrę in hoc mũdo cõuersationis. Oportet enim causas omnes prius moueri: atq; ita demũ castitatem nobis obuenire. Fere' enim vitiorũ belluæ, dum interim occulerentur: nõ perspiciebantur. Quoties casu aliquo ii, qui iam perfectioni propinquabant: in aliquo tenui delicto superati a' dęmonibus fuerint: omni arte vtantur: vt hoc rursus ab eis centuplũ diripiant. sicuti venti aliquando per serenitatẽ summa crispant æquoris terga: aliquando maris fundũ turbare, & uertere solẽt: ita & in tenebrosis malignitatis flatibus

intellige.

intellige. In iis enim, qui uitiosi hactenus sunt: ipsum sinũ, sensum'q; cordis intimũ fluctibus iactare solent. In iis uero, qui iam profecerunt: mentis tantũ superficiem perturbãt. Quocirca hi quoq; citius tranquillitatẽ propriam incõtaminatã perstitisse sentiunt. perfectorũ est agnoscere semp in animo, quęnã sit cõscientię, quæ dei, & quæ dęmonũ intentio. neq; enim cõtraria omnia ab initio statim dęmones suggerũt. Ideo tenebrosa est re uera propositio, atq; ad inueniendum perdifficilis.

COMPENDIOSA SVPRADICTORUM omnium recapitulatio.

FIDES firma abrenũciationis est mater. Quid autem cõtrarium sit, liquet. Spes indeclinabilis reiiciẽdę affectionis est ianua. quid item contrarium sit, manifestum est. Charitas dei peregrinationis materia est. quid cõtrarium sit, item cõstat. Subiectionẽ genuit sui ipsius reprehensio, appetitus'q; sanitatis. Mortis meditatio continentiæ est mater, fixa'q; memoria aceti dominici, & fellis. Pudicitię adiutrix est solitudinis quies: Incentiuorum'q; cõfractio ieiunium. Cogitationum turpium aduersatrix est animi cõtritio. fides, & peregrinatio mors est auaritiæ. misericordia uero, & charitas prodiderũt corpus. Oratio inten

tissima,

tissima,& iugis accidiam perdidit. Iudicii me-
moria alacritatem prȩstitit. Medicina furoris
ignominiȩ delectio, hymnorum'q; cãtus, atq;
misericordia. Nuditas reꝶ omnium tristitiam
suffocat: nulli'q; sensibiliũ rerum affici intelle-
ctualium speculationẽ parit. Silentium,& soli-
tudo inanis gloriæ sunt hostes. quod si fueris
in medio: ignominiã arripe: nec pudeat te ex-
hibere inhonoꝶ. Visibilem superbiã sanabit
mœstus & abiectus habitus. inuisibilẽ uero so-
lus, qui est ante sȩcula curabit. Omnium feraꝶ
venenatarum sensibiliũ interẽptor est ceruus.
intellectualium vero humilitas iterfectrix est.
Possumus ex naturalibus rebus cuncta intelle-
ctualia addiscere. Sicut ĩpossibile est vt serpens
vetustatem suã exuat: nisi angustam cauernam
prius ingrediatur: ita nos quoq; anticipatiões
veteres, & vetustatẽ animȩ, veteris'q; hominis
tunicam nõ deponemus: nisi per angustam &
artam ieiunii,& ignominiȩ transeamus viam.
Sicut ĩpossibile est vt grauatæ nimis carnibus
volucres in cœlum euolent: ita & qui carnem
suam nutrit,& fouet: illuc ascẽdere nõ poterit.
Exsiccatum lutũ nõ iam porcis vsui esse, vt ibi
se volutent, potest. ita & caro per abstinentiam
marcida effecta dæmonibus vltra nõ prȩbebit
in se quiescẽdi locũ. Sicut viridium lignorum
multitudo plerũq; suffocat, & extinguit flam-
mã: fumum'q; ingẽtẽ excitat: ita sȩpe imodica

tristitia fumo ac tenebris plenam animam effi
cit: lacrimarumq; exsiccat aquas. Vt sagitta-
rius cæcus reprobus est: ita & discipulus cõtra-
dicens perit. Sicut probatũ ferrum improbum
acuere potest: ita frater lętus & alacer negligẽ-
tiorẽ sæpe seruauit. Sicuti volucrũ oua, si fo-
ueantur in stercore: viuificantur: & in fœtum
erumpunt: ita & cogitatiões, nisi ex cordis ab-
ditis productæ manifestẽtur: in opus prodeũt.
sicut currentes equi cursu inuicẽ certant: ita &
optima quæq; societas se inuicẽ excitat. Sicut
nubes Solem abscõdunt: ita cogitationes ma-
læ obtenebrant, & perimunt mentem. Sicut is,
qui sententia cõtra se lata ad damnationẽ pro-
ficiscitur: nihil de spectaculis curat, aut loqui-
tur: ita ne ille quidẽ, qui veraciter luget, ventrẽ
fouebit aliquando. Sicuti pauperes, cũ thesau-
ros regios aspiciunt: suã paupertatem amplius
agnoscunt: ita & anima magnificas patrũ vir-
tutes relegens, mentẽ suam omnino amplius
humiliat. Sicut ferrũ, etiã si nolit, ad magne
tem perfugit, naturæ vi secretissima pertractũ:
ita & qui anticipationibus delictorũ assueti in
earum habitũ transierunt: violenter ab eis op-
primuntur. Vt oleum mare inuitũ etiam tran-
quillum facit: ita & ieiuniũ nolentia quoq;, &
reluctantia incentiua corporis extinguit. Sicut
aqua angustiis cõclusa in altitudinem tumens
erigitur: ita se aĩa angustata periculis ad deum

per pœnitentiam ascendit: & saluata est. Sicut is, qui fert aromata: etiã si nolit, ex odore proditur: ita & qui dei spiritũ habet: ex verbis suis, atq; ex humilitate propria agnoscitur. Vt venti perturbant abyssum: ita furor plusquã reliqua exagitat mentẽ. Sicut quæ oculus nõ vidit, ea ex auditu solo quis nõ nimiũ gustare appetit: ita & casti corpore ingẽs inde leuamen habẽt. Sicuti fures, cũ arma regis aliquo in loco posita viderint: nõ illuc facile ascendunt: ita & qui cordi orationem cõiunxit: non fortuito ab intellectualibus latronibus violari poterit. Sicut ignis niuem ex se non gignit: ita & qui in hoc sęculo honorem quærit: nunquam cœlesti ac perẽni honore potietur. Sicuti vna sępe fauilla ingentem syluã consumpsit: ita vnũ reperitur bonũ: quod magnorũ scelerum ingentẽ multitudinem delere possit. Sicut sine armis feras belluas perimere nõ possumus: ita nec sine humilitate inirascentiã acquirere. Sicuti per naturam viui absq; cibo nõ potest: ita & ei, qui saluari cupit: ad mortẽ vsq; vel ad breue momentum negligere nõ licet. Vt Solis radius domũ per foramen ingressus, cuncta, quæ in ea sunt, illuminat: ita vt tenuissimus quoq; puluis volitãs videri possit: ita & timor domini, si fuerit in anima: cũcta ei peccata sua etiã minutissima ostendit. Sicut ii, qui dicuntur cancri, capi facillime possunt: eo quod aliquãdo ante, aliquando retro

do retro gradiantur: ita & anima nũc quidem ridens, nũc lugens, nunc vero delitiis affluens proficere vnquã non poterit. Sicut qui somno grauantur, facile furibus patent: ita & qui secus mundũ virtutes arripere aggrediuntur: a prædonibus facile violabũtur. Sicut is, qui aduersus leonẽ pugnat: si ab eo oculũ aliorsum deflectat: cõfestim perit: ita & qui contra carnem suã pugnat: si hãc per quietẽ nimium fouerit. Sicut ii, qui scalam putrẽ ac fragilẽ ascendunt: ruere periclitantur: ita honor omnis & potẽtia & gloria, quæ humilitati aduersissima sunt: omnem se habentẽ deiiciunt. Sicut impossibile est vt qui esurit, non recordetur panis: ita fieri non potest, vt qui saluari cupit, exitus sui, æterni'que iudicii obliuiscatur. Quẽadmodum aqua delet literas: ita & lacrimę peccata aboiere possunt. Sicut ii, quibus nõ adest aqua: modis aliis literas delere solẽt: ita & animę, quibus desunt lacrimæ: per mœrorẽ & gemitũ summam'que tristitiam peccata delent, atque abscidunt. Sicut stercoris copia multitudinẽ vermium gignit: ita multitudo ciborũ lapsuum, & malorum cogitationũ, atque somniorum operatur multitudinẽ. Sicut is, qui cõpeditus etiam ambulare nõ valet: ita & qui pecunias sibi thesaurizant: in cœlum ascendere nõ possunt. Sicut plaga recens facile curari põt: ita & diuturna animę vulnera difficillima ad sanandũ sunt: etiam si sanari

vnquam poſſint. Sicut impoſſibile eſt mortuũ incedere: ita poſſibile non eſt, eũ, qui deſperauerit, ſaluari. Qui fidem rectã ſeruat: nec a peccatis deſiſtit: is vultui ſine oculis aſſimilatur. Qui fidem nõ habet: & bona quędã forte operatur: is ei ſimilis eſt, qui hauſtã aquam in perforatũ dolium ĩmittit. Sicut nauis optimo gubernatore freta in portu tuto deo auxiliãte ingreditur: ita & anima, quę paſtori optimo nititur: facile in cœlum cõſcendit: etiã ſi mala plurima geſſerit. Sicut qui ſine duce eſt, etiã ſi prudentiſſimus ſit, facile in via errabũdus incedit: ita & qui ſuo arbitrio monaſticã vitam pergit: etiam ſi omni mũdana ſapientia fuerit inſtructus: facillime perit. Cum quis poſt grauia ſcelera corporis mala valetudine impeditus fuerit: viã ſanctę humilitatis, eius'q; proprietatum ſecurus incedat. aliã enim ſalutis viam nõ inueniet. Sicut fieri nõ poteſt vt is, qui lõgiſſima valetudine laborauit: vno momẽto ſanitatem acquirat: ita ne vitia quidem, ĩmo vitium aliquod protinus ſuperari poteſt. Cuiu ꝗ virtutis, aut vitii ſignũ quantitatis tibi denota: atq; ita noſſe poteris profectũ tuum. Sicut ii, qui luto aurum cõmutant, detrimentũ omnino patiuntur: ita & qui pro corporalibus ſpiritualia ſua in publicũ efferentes enũciant: ſummis affiuntur incõmodis. Remiſſione quidem cito plurimi potiti ſunt. beatã vero tranquillitatem

nemo repente possedit. hanc enim vt acquire-
re possimus, tépore longo, ac dei adiutorio, &
singulari gratia nobis opus est. Solicite quęra
mus, atq; obseruemus, quæ nobis i semine, quę
in herba, quæ in messe feræ, aut volucres insi-
dientur: vt laqueos illis, & pedicas cõuenientes
parare, ac tendere possimus. Sicut iniustũ simul
est, & indignissimũ, vt is, qui febrem patitur, se
ipsum necet: ita minime conuenit, vt quis ante
extremũ spiritũ aliquando desperet. Sicut tur-
pe, atq; inhonestũ est, vt is, qui patré suũ sepelie
rit: mox vt a funere surrexit, ad nuptias profici
scatur: ita eis quoq;, qui pro sceleribus lugent:
incõuenientissimũ est honorem, aut requiem,
aut gloriam in pręsenti sæculo ab hominibus
quærere. Sicut alia est ciuiũ, alia reorũ habita-
tio: ita omnino imutatus, & varius esse debet
pro culpis lugentiũ, atq; insontiũ status. Sicut
eum milité, qui in prælio durissima in faciem
vulnera suscepit: impator militia non abdicat:
imo vero amplius in ea illũ prouehit: atq; ma
ximis honoribus cumulat: ita & monachum,
qui pericula plurima a dęmonibus ꝑpessus fue
rit: cœlestis imperator gloriosissime coronat.
sensus animę, proprietas illius: eius auté sensus
peccatũ est colaphus. Sensus sanitas, mali vel
sedationem, vel iminutionem ex se gignit: ex
qua rursus cõscientia oritur. Conscientia vero
est ratio, atq; reprehésio custodis nostri: qui ex
 ipso

ipso baptismi tẽpore nobis assignatus est. Atq; idcirco nõ vsqueadeo iuenimus eos, q adhuc in animo illuminati nõ sũt: pro malis operibus percuti: sed multo leuius, atq; clementius, quã qui lumine accepto peccauerunt. Et diminutio quidẽ mali, mali abstinentiã parit. mali vero abstinentia initium est pœnitendi. porro pœnitentiæ initiũ initium salutis est. Initium autem salutis propositũ est bonum. Ex bono autem proposito gignitur laborum tolleratio: cuius item initiũ virtutes sunt. porro virtutum initiũ flos: flos autẽ virtutis initium est actionis. Ex virtute assiduitas nascitur. Assiduę vero meditationis germẽ, ac fructus est habitus. Ex eo item ea qualificatio oritur, quæ timoris est genitrix. Timor autẽ gignit mandatorum dei obseruationẽ. Mandatorum aũt custodia charitatis argumentũ est. Charitatis vero initium humilitatis est copia. Copia autẽ humilitatis tranquillitatẽ parit. Eius vero possessio plenitudo charitatis est, siue dei pfecta inhabitatio iis, qui per beatã tranquillitatẽ mundi sunt corde. ipsi enim deũ videbunt. Ipsi gloria in sęcula.

DE SACRA CORPORIS ET animæ quiete. Gr. XXVII

Nos quidem, cum simus veluti emptitii quidã serui: atq; imũdissimis vitiis obnoxii: ex hoc ipso dolos quoq;, & mores,

mores, & imperia, & astutias eorum, qui infelici animæ nostræ diu dominati sunt, spirituũ vel tantisper nouimus. Alii vero sunt, qui per operationem sancti spiritus, & quod his iam liberati sint, artes omnes illorum probe callẽt. Alius enim est, qui ex dolore infirmitatis quietẽ sanitatis cõiicit: & alius, qui ex sanitatis gaudio, & requie morbi mœrorem cõiectura comprehendit. Itaque ut imbecilles trepidamus admodum de tranquillissimo quietis portu in hoc opere philosophari: nõ ignorantes, canẽ quẽdam ad sancti cõuentus mẽsam semper assistere: panem'que ex ea, uidelicet animã diripere conari: quem cũ ori suo apposuerit: iam inde cũr su discedere, atque illũ secretius comedere. Quocirca ne cani huiusmodi locũ per sermonẽ nostrum demus: atque occasionẽ amputemus quærentibus occasionem: nefas esse arbitrati sumus iis, qui in ardore prælii summa animi uirtute & constantia cõstituti sunt: impatoris nostri bellatoribus modo de pace disserere. id solum dicimus: quod ii, qui fortiter pugnãt: tranquillitatis etiam, & pacis coronis donãdi sunt. Cæterum neque fortasse contristemus, si sermonẽ de hoc in medio indiscussum relinquamus: pauca, si placet, ueluti sub discretionis forma nũc loquamur. est quidem corporis quies morũ ac sensuũ cognitio & moderatio. quies autem animæ est cogitationũ scientia, atque fu-

tibus inuiolabilis intentio. Quietis amicus est fortis quidá & pertinax uigil'q; sensus, semper in cordis ianuis excubans, cogitationes'q; accedentes aut necans, aut remouens. Qui sensu cordis intimo quiescit: quod diximus intelligit, & cognoscit. qui uero adhuc infans est: hoc quia non gustauit, ignorat. Quietis sectator prudens uerbis nõ indigebit. uerba enim illustrantur operibus. Initiũ quietis est, strepitus omnes, ut qui fundum animæ perturbent, amouere. finis uero, tumultus nõ metuere. sed inter eos sine ullo eorum sensu durare. Quietis amicus est, qui progrediens nõ uerbo progreditur. Mansuetus est totus charitatis domicilium. Is difficile ad uerba moueri, & ĩmobilis esse ad iracũdiá solet. quid aũt huic contrariũ sit, satis constat. Quietis est æmulus is, qui incorporeæ substantiæ proprietatẽ in fragili corporis domo, quod est omnino mirabile, concludere nititur. Obseruat murem, quæ hunc uenatur, bestiola. Intellectualẽ vero murẽ quieti solitarii intentio. Non tibi uile, uel reiiciendũ uideatur hoc documẽtum. sin uero alias: nõdum quid sit quies, agnouisti. Verus monachus profectò non sic erit, ut monachus alteri monacho adiũctus. Monachus enim summa opus habet uigilantia, & mente omni elatione uacua. priori qdẽ sæpe alter opem tulit. secundo uero cooperatur angelus. Intellectuales uir

tutes

tutes spirituali quietis sectatori simul adstant: atq; una ministrant: & in eo ueluti in iucundo diuersorio libentius inhabitant. quid huic sit contrarium, tacebo. Dogmatum ingens est, & alta profunditas. mens autē solitarii nō absq; periculo insiliet in ea. Tutum non est cū ueste natare: neq; cum passione aliqua theologiam attingere. Cella solitarii cōclusio est corporis: intus'q; habet domicilium scientiæ. Is, qui animæ morbo laborans quietem solitudinis arripere nititur: ei similis est, q ex naui in pelagus exiliens, per tabulam ad terrā peruenire quærit. Quicunq; aduersus carnem luctantur: his suo tēpore quies non deerit: si tamen ducē nacti fuerint. Ei enim, qui solus hanc sequitur: angelica uirtute opus est. At mihi sermo est de iis, qui re uera quietē & corpore, & spiritu sectantur. Solitarius negligens mēdacia loquetur: & p ęnigmata se a quiete destitisse hominibus persuadere quęrit. Cum reliquerit cellā: dæmones culpat: latet'q; seipsum miser: q dæmon effectus sit. Vidi ego quietis studiosos flagrantissimum suum in deū desiderium inexplebiliter per huiusmodi quietem impleuisse: & ignem igne, desideriūq; desiderio genuisse. Solitarius est forma terrestris angeli: qui orationem suā charta desiderii & solicitudinis literis desidia & torpore liberauit. Solitarius est, qui re uera clamare potest. Paratū cor meum deus.

deus. Solitarius quietus ille est, q ait. Ego dormio: & cor meum vigilat. Claude ianuam cellulę corpori: & linguę ianuam locutioni, interiorem'q; animi fenestrā spiritibus ĩmūdis. Serenitas quidē, ac meridianus Sol nautæ patientiam arguit. necessariorū uero indigentia quieti solitarii tollerantiā ostendit. ille quidē indignans innatat undis. hic autē accidia pressus miscetur multitudini. Ne timeas sonituū ludibria. Luctus quippe formidinem nescit: neq; illa agitatur. Quorū mens ueraciter orare didicit: ii domino facie ad faciē tanq̃ regi ad aurem loquuntur. ii, autem quorū os orat: eis similes sunt: qui regi coram omni senatu procidunt. qui autē in sæculo morātur: ii in medio totius tumultuantis plebis regē obsecrāt. Si artem perite didicisti: quod diximus, non ignorabis. In sublimi quodā loco residens te ipsum obserua: si tamen facere id nosti: & tunc pspicies, quomodo, quādo, qua ex parte, quot, & qui fures irrumpere, ac furari botros ueniāt. Cum fatigata fuerit intentio: surgens orabit: & iterū residens uiriliter priorem operationē tollerabit. Volebat quidā hæc expertus de his subtiliter, diligenter'q; differere: sed timuit ne quando pietatis operarios negligētiores faceret: uerborūq; strepitu currētes atq; alacres terreret. Qui de quiete subtiliter, & diligenter, & summa cum scientia differit: aduersum se dæ-

mones

mones excitat. Nemo quippe alius horum turpitudines, innumeras'q; nocēdi artes ita in apertū producere poteſt. Qui ſolitariam arripuit quietem: profundum myſteriorū nouit. Non autem in illud prius deſcēdit: q̄ fluctuū, uentorū'q; tumultus uel audierit, uel uiderit: uel eis etiam fortaſſe fuerit reſperſus. Confirmat autē hoc, quod diximus, magnus apoſtolus Paulus: qui niſi in paradiſum, ueluti in quādā ſecretiſſimā quietē raptus fuiſſet: nunq̄ profectò arcana uerba audire potuiſſet. Quieta auris accipiet, a deo grandia. Idcirco & in Iob quies hæc ſapientiſſima dicebat. Putas'ne non ſuſcipiet auris mea ab eo ingentia? Solitarius quietus eſt, qui ita omnes abſq; odio fugit, nolens intermiſſionem diuinę dulcedinis pati: ſicut alius prompte & feſtinus accurreret. Perge: bona'q; tua celerius diſperge. uende. n. moram tēporis habet: & da pauperibus monachis: ut tibi per orationū ſuffragia ad quietē ſolitariā concurrant: & tolle crucem tuā, eam per obedientiam baiulans: onus'q; amputationis tuę uolūtatis fortiter tollerans: & tum demum ueni ſequere me ad coniunctionē beatiſſimę, & placidiſſimę quietis: & docebo te uirtutum intellectualium uiſibilem actionem, præclarā'q; conuerſationē. Nunq̄ illę ſatiabuntur in ſæcula ſæculorum laudare conditorem: neq; is, qui cor[illegible]ū quietis fuerit ingreſſus: unq̄

fatigabitur

paulus.

Iob.

qui portum istũ, immo vero pelagus, siue magis fortasse profundũ, idcirco ingrediantur: quia ad continendum os, atque ad frenandas anticipationes corporis imbecilliores sint. Alii: quia proni nimium ad iracundiã sint: & hanc cum multitudine degentes miseri superare nõ possint. Alii rursus ideo: quia nutu magis proprio atque consilio, quam aliorum ductu ex nimia elatione nauigare decreuerint. Alii: quia in medio materię constituti materia abstinere non possint. Nonnulli quidem: vt ex secreto solitudinis studiosiores fiant. Alii vt: secretius, & liberius pro culpis seipsos conterentes verberent. Quidam: vt per hoc sibi gloriam acquirant. Sunt item alii (si tamẽ dum venerit filius hominis, huiusmodi inueniret super terrã) qui ob delitias, ac sitim diuinæ charitatis & dulcedinis sanctæ huic solitarię quieti coniuncti sunt: qui tamen hoc non prius fecerunt: quam omni accidię libellum repudii darent. eius enim coniunctio priori illi comparata fornicatio existimatur. Secũdum eam, quæ mihi data est, admodum tenuem scientiã, vt architectus parum sapiens scalam ascensionis fabricatus sum. Videat iam vnusquisque quonã in gradu cõsistat: an vt nutu suo viuat: an vt hominũ gloriam captet: an propter imbecillitatem linguæ, siue ob iracundiæ incontinentiã: siue necui rei vitiosæ afficiatur: dum illi opportunitas adsit: siue vt pœ-

nas

nas reatus ab se exigat: siue vt studiosi fiant: siue vt diuinę charitatis ignem suauissimum acquirant: erunt nouissimi primi: & primi nouissimi. Septem quidem sunt hebdomadæ præsentis sæculi operationes: quarum aliæ acceptabiles, aliæ reprobę sunt. Octaua vero futurum potius sæculū significat. Cautius obseruet solitarius mōachus ferarū belluarū horas: alioquin cōuenientes laqueos tendere nō poterit. Si iam perfecte discessit, cui repudiū dedi: labor iam necessarius non erit. Sin vero adhuc procacius incūbit: nescio quo pacto quiescere possim. Cur quęso non tanta apud sanctos Fabenensiotas, quanta apud Scythicam eremum fuere luminaria? Qui intelligit, intelligat. ego enim dicere id nequeo: immo vero nolo. Degunt in hoc profundo, qui vitia imminuant: item qui psallendo plurimum in oratione perseuerent: & qui contemplationi intentius vacent. Secundū propositum scalę modum problema istud inquiratur: qui capit, in domino capiat. Sunt animæ quędam negligētes immorantes in cœnobiis: quarum desidiæ cum materia facile suppeteret: in perditionem perfecte pręcipitatę sunt. Sunt item, qui negligentiam per aliorum contubernium, & societatem repulerunt. quod non solum negligentioribus, verum studiosis quoq; ac solicitis sæpe factum est. Eadem regula etiam in solitu-

dinis

dinis vtamur quiete, dicentes. Plurimos probabiles suscipiens reprobauit: ideo q nutu suo mallent viuere, voluptatis eos esse studiosos deprehendens, atq; arguens. Alios item suscipiens ex metu, & perpetua cura iudicii, ac damnationis suæ, solicitos ac feruẽtes fecit. Nullus, qui vel furore, vel elatione, vel simulatione, vel memoria iniuriarum perturbetur: solitariç quietis vestigium vnq̃ vel videre audeat: ne forte stuporẽ animi sibi inde lucretur. Qui vero his perturbationibus mũdus est: ipse iam quod expedit agnoscet: immo ne ipse quidẽ, vt reor. Eorum, qui ratione solitariã arripiunt quietem: signa, & studia, & argumẽta ista sunt. mens tranquilla, nullis'q; agitata perturbationum fluctibus: castissima intentio: raptus ad dominum: præsens semper cruciatuum memoria: mortis properatio: infatigabilis, atq; insatiabilis oratio: custodia inuiolabilis, nullis'q; prædonibus patens: fornicationis mortificatio: totius mortalis affectionis ignoratio: mundi mors: gastrimargiç fastidiũ: theologiç materia: discretionis fons: lacrimæ promptæ semper, atq; in potestate: loquacitatis exterminatio: & siquid eiusmodi est: cui contraria, atque infesta solet esse multitudo. Porrò eorum, qui sine ratione hanc subeunt: ista e[illegible] diuitiarum inopia: incrementum iracundiç: armariũ memoriç illatæ contumeliæ: charitatis imminutio:

nutio:fastus,ac superbiæ assumptio : sciens, ac prudens tacebo reliqua. Quoniam vero ad id noster sermo,pcessit:necesse est vt de iis quoq;, qui sub obedientia & subiectione viuunt:hic loquamur. Ad eos enim maxime mihi nunc sermo est. Eorum,qui legitime, & caste, atque incontaminate ornatissimæ huic & pulcherrimę virtuti coniunguntur:ista esse argumenta, a'sanctis patribus diffinitum est:quę suo quidem tempore perficiũtur:quotidie tamen extenduntur: & adiectionem, profectum'q; suscipiunt. Primitiue humilitatis incrementũ,furoris iminutio,(exinanito enim felle, quid aliud fieri potest?) charitatis assumptio,vitiorũ alienatio,odii liberatio:quod ex reprehẽsione fit: imminutio lasciuię, ignoratio accidię, studii accumulatio, misericordiæ dilectio, superbiæ peregrinatio, virtus sane' omnibus optanda, paucis'q; proueniens. Cũ fonti aqua deest:iam non proprie dicitur fons. quid sequatur intelligit,qui mentem habet. Adolescentula, quæ non seruauit thorũ, corpus inquinauit:anima vero,quæ non seruauit pactum:contaminauit spiritum. Et illam quidem consequitur vitupe ratio,odium,verbera,& quod omnibus miserabilius est, separatio, atq; diuortium. Hanc vero sequuntur inquinationes, obliuio mortis,inexplebilitas ventris,oculorum incontinẽtia,inanis gloriæ operatio, somni insatiabili-

tas,

tas,cordis duritia,insensibilitas,cogitationum horreum,captiuitas cordis,turbationis operatio,inobedientia,contradictio, infidelitas, cor nulla certa salutis fiducia securũ, multiloquiũ, vitiosa affectio,& quæ omnibus grauior est cõfidẽtia:quod'q; omnibus miserabilius est, cor absq; vlla cõpunctionis gratia:cui succedit in eis potissimũ, qui non animaduertũt,indolentia spirituum,ac lapsuum mater. Solitariæ quetis ęmulos quinq; ex octo spiritibus, subiectos vero tres pręcipue oppugnant. Solitarius aduersus accidiam pugnans sæpe iacturam facit. Tempus enim orationis, atq; cõtemplationis aduersus hanc excogitando ac luctando consumit. Cum aliquando in cella sedens desidia torperem:cellulam'q; ipsam fere cogitarẽ deserere:aduentantes viri quidam,vt solitariũ summis attollebant laudibus:ac beatum prædicabãt: citius'q; negligentię spiritus ab inani gloria fugatus excessit. Admiratus'q; sum quomodo spiritibus oĩbus tribulus iste aduersatur. Adspice horis singulis coniugis & contubernalis tui motus, atq; obreptiones, momenta'q;,& cõuersiones, quomodo, & quorsum vergant. Qui per Spiritum sanctum tranquillitatem acquisiuit: solus non ignorat hãc speculationem. Principale solitarię quietis opus est:negocia omnia, siue rationabilia sint, siue irrationabilia, negligere. nam qui aperue-

rit prioribus: in sequentia omnino incidet. Impigra oratio, secũdum: & tertiũ, operatio cordis furibus inuiolabilis. Possibile non est, vt qui literas non didicit, in libris se naturaliter exerceat. Sed longe est impossibilius: vt qui prius illud adeptus non est: duo sequentia rationabiliter arripiat. Cum medium illud arripuissem: inter medios effectus sum: ac sitientẽ me illuminabat. Et ecce rursus erat in illis qd quidem in eo erat ante visibilem formã princeps docere non poterat. neq; enim permittebatur: quomodo autẽ nunc est, vt diceret orabam. In propriis quidem, inquit, sed non in istis. Et ego quęnam, inq̃, est dextra statio, atq; in authore sedes? Impossibile est, ait, hæc aure perdiscere. Ego autem quo me trahebat affectus: adhuc me, inq̃, ad tempus illud. nõdum, ait, venit hora ob defectum ignis incorruptionis. Ista siue cũ luto hoc, nescio: siue absq; eo, dicere nõ possum. Difficile, ac durum est ęstiuo maxime tempore excutere meridianũ somnũ. tunc enim & solum fortasse nequaquam reiiciendum est opus manuum. Noui accidiæ spiritum præparare, ac pręire fornicationis spiritum solere: vt valide corpus resoluens, atque in somnum pręcipitãs, veluti per somnum inquinationes quiescentibus inducat. Si illis fortissime resistas: oppugnabunt te omnino acriter: vt quasi nihil proficiẽtem, a certaminibus

reuocent.

reuocent. Nullum certius argumentum est, quod dæmones victi à nobis sint: quàm si nos acerrime oppugnent. Cum procedis: congregata custodi. Solent enim aperta ianua inclusæ aues abuolare. tunc vero nullum iam quietis inueniemus emolumentum. Modicus pilus perturbat oculum: & modica cura demolitur quietem. Quies enim est depositio sensuum, curarum'que rationabilium abnegatio. Is, qui revera quietē apprehendit: ne ipsius quidem carnis suæ curā vllam geret. Neque enim ille mentitur, qui ait. Qui mentem puram deo cupit sistere: curis'que agitatur: is ei similis est, qui pedes suos fortiter vinciens, celeriter incedere nititur. Rari quidem sunt, qui secularem philosophiā ad summum eruditi sunt. ego vero pauciores esse dico: qui veram quietis sapientiam secundū deū nouerint. qui deum nondum nouit: quieti idoneus nō est: plurima'que pericula sustinet. quies imperitos suffocat. nam cum dulcedinem dei non gustauerint: in captiuationibus, & furtis, & mœroribus, & agitationibus animi tempus consumunt. qui pulchritudinem orationis attigerit: fugiet turbas vt onager. quis enim nisi hæc, dimisit onagrum liberum ab omni consortio hominum? Is, qui passionibus obsessus moratur in eremo: horum exercitationi totus incumbit: sicut & senex sanctus Arsilaites Georgius: quem & charitas tua non ignorat:

cum aliquando formaret, atque instrueret in-
utilem animam meam: & erudiret ad solitudi
nis quietem: me de huiusmodi loquens edo-
cuit. Notaui, inquit, mane vt plurimum inanis
gloriæ, atq; concupiscẽtiæ spiritus solere adue
nire: meridie vero accidiæ, & iracundiæ & tri-
stitię: vespere autem infelicis ventris stercutos
tyrannos. Melior est subditus pauper, q̃ solita
rius, qui perturbationibus hinc inde distrahi-
tur: qui ratione quietem arripit: neq; ipsius lu-
cra quotidie considerat: is aut non ratione, &
secũdũ quod cõuenit, quiescit: aut elatiõe sub
ripitur. quies est, perpetuo atq; intẽtissimo cul
tu deo iugiter assistere. IESV memoria fac
vt spiritui tuo vniatur: tunc'q; cognosces quæ
sit quietis vtilitas. Lapsus quidem subditi vo-
luntas est propria: quieti vero solitarii oratio-
nis intermissio. Si aduentu fratrum ad cellam
tuam gaudeas: scito te ipsum accidiæ soli va-
care, non deo. Exemplar orationis tibi sit, vi-
dua illa euangelica ab aduersario suo diutius
afflicta: quietis vero forma magnus ille, par'q;
angelis solitarius Arsenius. Memẽto qui in
solitudine degis: angeli huius solitarii institu-
tum: atq; intuere quomodo ad se aduentãtes,
ne id, quod erat maius, amitteret, insalutatos
plerunq; remiserit. Certum est: dæmones per
suadere iis, qui irrationabiliter circuire sunt so
liti: vt ad eos crebrius proficiscantur, qui stu-
diosissime

diosissime sectantur quietem: vt horum causa operarios dei vel parum impedire possint. Nota eos, qui sunt huiusmodi o carissime: neq; renuas religiose & pie contristare negligentes. Fortassis enim ex hac salubri contristatione circuire desinent. Caue tamen ne prędictæ intentionis occasione frustra, & sine causa animam contristes; quæ forte præ sitis ardore haurire abs te aquam venit. In omnibus vero lucerna tibi opus est. Vita quiescētium, immo vero monachorum, secundum conscientiam ex intimo sensu cordis fiat. Is, qui rationabiliter currit: studia sua, ac locutiões, & cogitationes, & incessus, & motus, omnia secūdum deū studiosissime, atq; ex affectu cordis coram deo operatur. Quod si adhuc subripitur: nondum secundū virtutem operatur. Aperiam, ait quidam in psalterio, propositionem meā, & consilium ob defectū hactenus discretionis. Ego vero per orationem aperiam volūtatem meā: atq; inde certū aliquod exauditionis indiciū accipiam. Fides est orationis penna: quā nisi habeat: rursus in sinum meū reuertetur. Fides est animæ nihil hęsitans status, atque adeo fixus: vt nulla aduersitate motus agitetur. fidelis est, non qui deum omnia posse arbitratur: sed qui credit: omnino potietur. Fides est insperatarum rerum industrix. atq; hoc latro ille felix ostendit. fidem genuit labor, & rectū

cor. Ex quibus ille quidem nihil hæsitantem efficit: hoc aūt creat. Quiescentiū mater est firma, & nihil hęsitans fides. nisi enim crediderit quis: quomodo quiescere poterit? Qui compeditus in carcere est: torquentis deterretur metu. qui vero in cella quiescit: timorem peperit domini. Non ita prior ille quęstionem, vt secundus ęternum iudicis iudicium metuit. Sūmo tibi metu opus est carissime in solitudine. Nihil enim ita persequi, & fugare accidiam, vt timor potest. Inspectabit assidue reus quando iudex adueniat in carcerem. verus autem operarius quando qui exire vrgeat, venturus sit. Alligatum est priori tristitiæ pondus: sequenti vero lacrimarum fons. Si patientię quæsieris baculum: cito desinent canes impudenter agere. Patientia est infractus animi labor: nullis'q;, vel rationabilibus fragoribus prorsus agitatur. Patientia est vexationis quotidie expectata definitio. Patientia est occasionum amputatio, sua'q; sibi cuiusq; solicita vacatio. Nō ita suo alimento vt patientia operarius indiget. Si enim illud desit: coronam accipiet. si vero hæc non adsit: pernitiem referet. Patiens vir ante monumētum mortuus est. Sepulchrū enim cellulam suam fecit. patientiam spes, & luctus peperit. nam qui absq; his duobus est: accidiæ seruus efficitur. Scire debet palęstrites CHRISTI quos hostes eminus persequi,

& quibus

& quibus cominus congredi expediat. luctatio quippe aliquando coronas ministrauit: aliquando vero luctę declinatio improbos fecit. Sed hæc verbis edoceri possibile non est: neq; enim eisdem omnes, neq; eodem modo afficimur: neq; qualitas vna omnium est. Vnū spirituum obserua vigilantius. nam & ille te infatigabiliter oppugnat, in statu, in transitu, in sessione, in motu, in accubitu, in oratione, & somno. Plurimi ex his, q in sanctæ quietis cursu adsident: eam semper in se ipsis operationem continent, quam psalmista significauit. Prouidebam dominum in conspectu meo semper. Neq; enim omnes panes ex cœlesti tritico spiritalis alimenti eiusdem speciei sunt. Alii in eo se exercent: quod dominus ait. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Alii in eo, qđ rursus ait. Vigilate: & orate. Alii iterum in eo, quod scriptum est. Præpara in exitum tuum opera tua. Alii in eo, quod dicitur. Humiliatus sum: & saluauit me. Pleriq; id semper inspiciunt. Non sunt condignę passiones huius temporis ad eam gloriam, quæ in nobis reuelanda est. Quidam vero illud, nequando rapiat: & non sit qui eripiat: intensissime cogitant. Oēs quidem isti currunt: sed vnus ex his brauium sine labore accipit. Nō solum vigilans, verum etiam dormiens is, qui iam profecit, operatur. Vnde nonnulli in ipsis quoq; somnis acceden

tes ad se dæmones ignominiis,& contumeliis afficiunt:impudicas'q̃ mulierculas de castitate admonent.Ne sis expectatione aduenientiũ solicitus; neq̃ te ad id antea ꝑpares. Simplex enim totus,ac omni nexu liber est quietis status.Nullus,qui turrim,vel cellam quietis ædificare velit;id ante conatur:q̃ sedens per orationem computet an habeat proprietates perfectionis necessarias:ne forte postq̃ fundamenta iecerit:risum inimicis suis faciat,operariis'q̃ reliquis impedimentum. Inspice diligentius aduenietem in te suauitatem:ne forte ab amaris medicis,immo vero insidiatoribus subdole tibi preparata sit.Noctu quidem plurimum orationi insiste : psalmodiæ parum ; die vero rursus pro tuis viribus te parare satage. Solet lectio non mediocriter illuminare , atq̃ colligere mentem.Verba enim sunt sancti Spiritus:accedentes'q̃ ad se omnino dirigunt , & moderantur.Sit tibi operanti lectio, quæ informet actionem.nam si adsit operatio:superflua iam erit lectio.laboribus potius , q̃ libris salubritatis verba intelligere satage. Noli anteq̃ virtute speciali preditus sis, eos libros legere,qui menti nocere possint.Nam cum verba re uera tenebrosa sint:imbecillioribus tenebras obducunt. Vnus sæpe calix vini gustum dedit:vnus'q̃ sermo solitarii iis , qui gustare possunt:omnem illius interiorem actionem,

statum'q̃

statum'q; patefecit. Immotum animę oculum aduersus elationem cõstanter tene. Nihil qp pe inter spiritualia furta hac pernitiosius inuenies. Cum processeris: parcito linguæ. plurimos enim labores hęc subito spargere, & dissipare nouit. In eo te statu exerce, qui curiositatem nesciat. Nihil enim ita quietem inquinare potest, vt curiositas. Iis, qui ad te côueniunt: necessaria, atq; vtilia propone: corpori scilicet, & spiritui. Et si quidem illi sapientiores sint: silentio philosophiam indicemus nostram. Si autem fratres fuerint: eiusdem'q; nobiscũ status: moderate ianuã aperiamus. pręstat tamen omnes superiores nobis existimare. Cũ vellẽ iis, qui iuniores adhuc sunt: corporis opus in collectis omnino interdicere: côtinuit me, qui in ora pallii harenam tota nocte ferebat. Sicut rationi aduersantur dogmatis sanctę & increatę & adorandæ Trinitatis, quæ de dispensatione carnis vnius ex tribus personis eiusdem laudatissimę Trinitatis legimus: (nam quę ibi pluralia, in hoc sunt singularia: & quæ illic singularia, hic pluralia sunt) ita & alia solitudinis quieti, alia obedientiæ & subiectioni studia cõueniunt. Quis agnouit sensum domini, ait diuus Apostolus: Ego autem dico. quis agnouit sensum hominis & corpore, & spiritu quieti solitudinis dediti?

De sacra

DE SACRA ET VIRTVTVM MAtre beata orationevt'q; in ea intellectualiter ac sensibiliter assistatur. Gr. XXVIII.

O Ratio secũdum qualitatem quidem suam coniunctio atque vnitio est hominum & dei: secũdum actionem vero constantia mundi: Reconciliatio dei: Lacrimarum mater, earum'q; item filia: Peccatorũ propitiatio: Tentationum pons: Tribulationũ interpositus paries: Bellorum confractio: Angelorum opus: incorporearum omnium virtutum cibus: futura lætitia: infinita operatio: virtutum fons: gratiarum ministra: profectus inuisibilis: nutrimentum animæ: mentis illuminatio: desperationis amputatio: fidei demõstratio: tristitię solutio: monachorum diuitiæ: solitariorum thesaurus: irę imminutio: speculum profectus: mensurarum inditium: status insinuatio: futurorum reuelatio: flentibus clementiæ significatio. Oratio eis, qui recte orãt: curia, & iudicium, & tribunal domini ante futurum tribunal est. Exurgentes audiamus sacram hanc virtutum reginam excelsa ad nos voce clamantem ac dicentem. Venite ad me omnes, qui laboratis: & onerati estis: & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos: & inuenietis requiẽ animabus vestris, plagis'q; vestris medicinam. iugum enim meum suaue

est: &

est: & peccata sanat maxima. Quicũq; regi no/stro, & deo assistere, & colloqui proficiscimur: non imparati cursum hunc faciamus: ne forte nos absq; armis, & stola regio digna conspe/ctui longanimis ille conspiciens, ministris & famulis iubeat, vt vinctos nos a facie sua in exiliũ mittant: negligentes'q;, & interruptas ora/tiones nostras in faciẽ nobis exprobrent. Cũ vultui domini adstare proficisceris: sit tibi tu/nica animę filo amnisicatiæ, idest, obliuionis iniuriarum omnino cõsuta: alioquin nihil ex oratione ipsa lucraberis. Sit tibi totus oratio/nis textus vnus: neq; vlla varietate maculatus. Vno enim verbo & publicanus ille ex euange lio, & prodigus filius deum sibi reconciliaue/runt. Vnus quidem est orantium status. sed is ingentem sane varietatem, ac differentiam pos sidet. Alii nãq; vt amico, & domino illi fami/liari assistunt, pro aliorum iam, nõ pro suo ad/iutorio vel preces illi vel laudes offerẽtes. Alii diuitias, & gloriam, & confidentiam amplio/rem sibi dari quærunt. Alii ab aduersario suo omnino liberari exposcunt. Nonnulli vt di/gnitatem accipiant, precantur. quidam vero perfectam debiti securitatem. Alii custodiæ li/berationem. Alii criminum solutionem con/sequi exoptãt. Ante omnia in orationis no stræ chirographo gratiarũ actionẽ syncerã sta tuamus. in secundo autem versu cõfessionem,

& contritionem animi ex intimo affectu pro-
deuntem: atq; ita demum regi nostro postula-
tionem indicemus nostram. Optimus hic, quē
prędixi, orationis modus est: sicut cuidam ex
fratribus ab angelo dei demonstratum est. Si
vnq̄ visibili iudici obnoxius fuisti: nō tibi alia
forma iam opus erit, quā imitari debeas, dum
orationi insistis. quod si neq; ipse reus astitisti:
neq; alios examinari perspexisti: vel ex infir-
morū precibus, quas medicis, dum secandi, vel
vrendi fundūt: huiusmodi aliqd addisce. No-
li verbis excultioribus in orationē tua vti. sæ-
pe enim infantium simplicia & pura, & balbu
tientia verba patrem suum, qui est in cœlis, pla
cauerūt. Noli conari multum loqui: ne mens
tua ad inquisitionem verborum distendatur.
Vnus publicani sermo placauit deum: vnū'q;
fidele verbum saluauit latronem. Multum in
oratione loqui, mentem sæpe imaginibus il-
lusit: atq; interiorem dissoluit. parum autem,
aut vnum etiam verbum in oratione loqui, col
ligere mentem consueuit. Cum in orationis
verbo vel dulcedine perfundi, vel compungi
te sentis: in ipso persiste. Tunc quippe custos
noster nobiscum orat. Noli confidere quan-
talibet munditia polleas: sed sūma potius hu-
militate ad orationem accede: tunc'q; amplio
rem confidentiam accipies. Etiam si totā vir-
tutum scalam conscendisti: tamen pro remis-
sione

sione peccatorum ora; audiens de peccatoribus clamãtem Paulum. Quorum primus ego sum. Condire obsonia oleũ solet, & sal. Orationem vero in sublime leuare, pudicitia, & lacrimæ: Si omnem mansuetudinem, & irę vacuitatem te indueris: non multum laborabis, vt eruas de captiuitate mẽtem tuam. Quousque orationem certam, fixam'que non possidemus: iis, qui infantes ad incedendũ initio exercent: similes sumus. Contende vt ad supernã feras, immo vero vt excludas intelligentiam in orationis verbis. quod si debilitata per infantiam ceciderit: rursus illam introducere cura. Est quippe proprium mẽtis instabilitas. Dei vero propriũ sistere omnia posse. Si infatigabiliter certes: adueniet in te penitus, qui mentis mari terminũ per gyrum posuit: dicet'que illi. Hucusque venies: & non transgredieris. Possibile non est spiritum ligare: sed vbi cõditor spirituum est: omnia obtemperant. Si Solẽ vnquam sicut oportet, inspexisti: poteris illi quoque decẽter colloqui. sin autem: quomodo eum, quẽ non vidisti, veraciter interpellare poteris? Orationis quidem initium est: fluctus animo aduenientes solo & tacito mentis imperio ex ipsis initiis fugare. Medium vero, cum in iis, quæ dicuntur, vel cogitantur: mens tota est. finis aũt, raptus ad dominum. Alia lætitia est, quem in oratione contingit in congregatione degentibus:

tibus: & alia, quę in solitudine orantibus prouenit. Illa namq; fortasse phantasiis luditur: hæc autem humilitate tota plena est. Si te semper exerceas vt mens tua nunq̃ longius vagetur: etiam in ipsa mensę appositione prope te erit. Sin autem effrenem libere vagari patiaris: nũq̃ tecum permanere poterit. Magnus quidẽ magnæ & perfectæ orationis operarius, volo, ait, quinq; verba mẽti meæ dicere: & reliqua. Sed hoc a pueris, & iunioribus alienum est. idcirco & nos cum qualitate, etiã quãtitatis multitudine vt imperfecti indigemus. per hoc enim postremum ad primum illud peruenitur. Qui dat, inquit, orationem mundam impigre oranti & sordide, & cum labore. Aliud est orationis sordes: aliud exterminatio: aliud furtum: & aliud macula. Sordes est, deo assistere: & iniquas cogitationes in animo versare. Exterminatio est, ad curas inutiles captiuum pertrahi. Furtum est: dum latenter, & sine nostro sensu mens aliquo strepitu agitatur intrinsecus. Macula est, qualiscunq; impetus tunc nobis approprians. quoties soli eo tempore non sumus, quo ad orationẽ assistimus: formemus intrinsecus orationis habitum. sin vero non adsunt laudum ministri: etiam exteriorem habitum ad preces componamus. Nam in iis, qui hactenus sunt imperfecti: mens corpori sępe configuratur. Omnes quidẽ, sed ii longe amplius,

qui

qui debiti remiſſionem accipere a' rege cu-
piunt:ingenti contritione indigent. Si in car-
cere ſumus:adhuc audiamus dicentem Petro.
Accingere obedientię linteo, & excalcia te vo
luntates tuas,atq; his nudus,& liber accede ad
dominũ,in oratione tua ſolius eius voluntatẽ
implorans:tunc'q; ſuſcipies deum animæ tuę
tenẽtem gubernacula,ea'q; tuto' regentem,ſur
gens ab amore ſęculi,& voluptatũ labe,pii ce
curas:exue intelligentias:abnega corpus.Ni-
hil.n.eſt aliud oratio,niſi mundi viſibilis atq;
inuiſibilis alienatio.Quid.n.mihi eſt in cœlo?
nihil.Et a' te quid volui ſuper terrá? nihil,niſi
ſemper tibi in oratione abſq; vlla diſtractione
adhærere.Nõnullis quidem opes in deſiderio
ſunt:aliis gloria:quibuſdam mortaliũ quarũ-
libet rerũ acquiſitio. Mihi autẽ adhærere deo
bonum eſt, atq; deſiderabile: & ponere in eo
ſpem tranquillitatis meæ.fides orationis pen-
na eſt:qua ſine in cœlum euolare nõ poteſt.
Quicunq; perturbationibus variis obnoxii ſu-
mus:oremus inſtãter dominũ. Omnes enim,
qui eiuſmodi fuerint:ex perturbationũ tempe
ſtate in beatam trãquillitatem profecerũt.Etſi
non deum vt deũ metuit iudex:tamẽ quia ſibi
moleſta ſit anima, quæ per peccatum & ruiná
viduata fuerat: faciet vltionẽ eius ex aduerſa-
rio illius corpore, ſuis'q; inimicis ſpiritibus.
Gratos quidem clemẽs negociator noſter per

celerem

celerem postulationis effectum ad dilectionem suã pertrahit:ingratas vero canũ animas per esuriem,petitionis'q; sitim sibi assidere per orationis studium hortatur.Ingratus enim canis cum panem tulerit ab eo,qui dedit: statim abscedit.Noli,cum in oratione perduras:dicere.Nihil profeci.Iã enim satis perfecisti. Quid enim sublimius esse possit, q̃ adhærere domino:atq; in hac cũ illo vnitate iugiter perseuerare?Non sic is,qui condemnatus est:pœnæ suę sententiam metuit:vt qui orationis curã solertius habet:cũ ad illam assistit,trepidat.Quocirca q sapiens,& acutus est:ex hac memoria maledictum omne,& iracundiã,& curam.&occupationem,& vexationẽ,& saturitatem,& tẽtationem,& cogitationẽ auersari, & fugere potest.Prępara te antea per sempiternam animæ orationẽ ad assistendum precibus tuis: & cito proficies.Vidi quosdam obediẽtiæ virtute fulgentes,dei'q; memoriam pro viribus nõ negligentes, prõpte ad orationis studiũ recurrere: mentem'q; suã cito colligere:lacrimas'q; fontium in morẽ profundere.Erant enim pręparati per sanctam obedientiã. Psalmodiam quidem cum multitudine captiuationes,& mentis agitationes sequuntur; solitariam vero nõ ita.Sed hanc quidem accidia oppugnat:illam vero alacritas adiuuat.Charitatẽ quidem militis ad imperatorem suũ indicat bellum mo-

nachi

nachi vero charitas ad deum maxime, quo tẽpore orationi adstat, deprehenditur. Statum tuum oratio tua manifestabit tibi, hanc enim monachi esse speculum, theologi rectissime tradunt. Qui quodlibet opus incipit: & orationis tempore adueniente adhuc in illo moratur: a' dæmonibus illuditur. Interitio nãq; furibus est horam per horam a' nobis furari. Cũ vt pro anima aliqua postularis vt ores: noli deuitare: etiam si virtutem orationis non possideas. fides enim petentis etiam cum contritione oranti sæpe salutis causa fuit. Noli extolli: cum pro alio orans exaudiris. Illius nãq; fides operata est: atq; prȩualuit. Solẽt pueri id, quod a' magistro didicerint: ab eodẽ diebus singulis exigi. ita & mens omnis eam, quam a' deo accepit, virtutem in omni oratione iuste exigetur. Quocirca attendendum solicite est: cum vigilantius orare cœperis: citius in iracundiam oppugnaberis. hoc enim subtiliter moliuntur inimici nostri: vt priuemur orationis fructu. Ad omnem quidem virtutem, prȩcipue tamen orationẽ summo cordis sensu, & affectu semper exerceri debemus. Tunc vero anima sic orat: cum iracundia superior euaserit. Ea, quæ plurimis precibus, ac temporibus laboribusq; acquiruntur: solida sunt, atq; durabilia. Qui dominum possederit: non iam sibiipsi in oratione intentionem dictabit.

tunc enĩ spiritus pro eo apud seipsum interpel lat gemitibus ineffabilibus. Omnẽ sensibilem phãtasiam noli in oratione suscipere: ne forte stuporem, atq; amentiã incurras. Omnis petitionis nostræ ꝙ suscepta fuerit, certum inditium maxime in oratione percipimus. Porro' id inditium ambiguitatis liberatio est, incertę'q; rei certissima atq; immobilis insinuatio. Misericors esto vehementer: si oratio reuera tibi cordi est. In ipsa quidem centuplum accipient monachi: & quod sequitur in futuro. Ignis quidem adueniens in cor orationẽ excitauit. ea vero excitata, atq; in cœlũ assumpta ignis in cœnaculũ animę descẽdit. Aiunt quidam meliorem esse orationem, q̃ memoriam mortis. Ego vnius substantiæ duas essentias collaudo. Equus probatus, quãto vltra ꝓgreditur: feruere magis, & cursui adiicere solet. Cursum hymnorũ cãtum intelligo: equũ vero virilem animũ. Huiusmodi vero de longe odoratur bellum: & pręparatus iam ad oĩa insuperabilis permanet. Dirum quidem est, aquã ex sitientis ore diripere. sed longe est dirius, animam summo affectu compunctionis orantem, priusq̃ perfecte consumetur oratio, seipsam priuare iucundissimo isto, nimium'q; desiderabili statu. Noli ab oratione desilire, quoad videas ignem, & aquam diuina dispensatione cessauisse. Neq; enim huiusmodi tem

pus

pus remiſſioni peccatorum aptiſſimum fortaſ ſis vltra in omni vita tua inuenies. Qui oratio nis guſtum cepit: vno ſæpe verbo incautius emiſſo, inquinauit mentem: atq; in oratione aſſiſtẽs, quem cupiebat nequaq̃ vt ſolebat, in- uenit. Aliud eſt crebrius corde ſpeculari: aliud ipſum cor inſpectare mentis officio principis ac pontificis in morem rationales hoſtias CHRISTO offerentis. Nõnullos quidem (vt ait quidam theologiæ appellatus cogno- mine) ſanctus atq; cœleſtis ignis aduenieni comburit, eo q̃ ſatis adhuc purgati non ſint: alios rurſus per menſuram perfectionis illumi nat. Idem enim & ignis conſumens, & lux il- luminans dicitur. Vnde & quidam ab oratio- ne exeuntes veluti ex fornace ignis egrediun- tur, ſordis cuiuſdam ac materiæ leuamen ſen- tientes. Alii vero, velut à luce illuſtrati, atq; du plici humilitatis & exultationis amicti ve- ſte inde procedũt. Qui vero abſq; his duobus effectibus ab oratione exeunt: corpore, non ſpiritu (iudaice dixerim) orant. Si corpus per tactum appropinquans corpori immutatur actione: quomodo non immutabitur qui dei corpori manibus innocentibus propinquat? Poſſumus ad terreni regis ſimilitudinem no- ſtrum quoq; cœleſtem, & clemẽtiſſimum re- gem aliquãdo per nos ipſos inſpicere: aliquã- do per amicos: aliquando per ſeruos: nõnunq̃

 vero

vero etiã incognito modo militibus suis do-
natiua largientem: iam vero etiam pro quali-
tate tunicę eius, quę in nobis fuerit, humilita-
tis. Quemadmodum terreno regi execrabilis
est is, qui illi adstat: & domini sui inimicos al-
loquitur: ita eum quoq; dominus abhomina
tur: qui in oratione assistens, immundas cogi-
tationes recipit. Accedẽtem canem armis in-
sequere: & si impudentius latret, non ei cesse-
ris. Pete per luctum: per obedientiam quære:
pulsa per longanimitatem. Nam qui sic petit,
accipit: qui sic quærit, inuenit: & sic pulsanti
aperietur. Obserua cautius, vt non temere ac
leuiter pro fœmina in oratione tua orés: ne a
dextris fortasse te prædator inuadat. Noli cor
poris actus vt sunt, distincte & per partes in
oratione deo confiteri: ne tibi ipsi insidiator
fias. Noli illud orationi tẽpus deputare: quo
tibi curis necessariis, siue spiritalibus negociis
instandum est. alioquin id, quod præstantius
est, tibi fur ille eripuit. Qui baculum orationis
iugiter tenet: non offendet: sed etsi offendere
eum cõtigerit: non penitus cadet. Quippe ora
tio pie deo vim infert. Eius vtilitatem ex iis,
quæ synaxis tempore cõtingunt: dæmonum
impedimentis colligere possumus. Eius item
fructum ex inimici profligatione cognosci-
mus. In hoc enim cognoui, quoniam voluisti
me: quoniam non gaudebit inimicus meus

super

ſuper me. Belli tempore clamaui, inquit pſalmiſta, in toto corde meo: videlicet corpore, & animo, & ſpiritu. Vbi enim ſunt duo poſtremi congregati: illic deus eſt in medio eorum. neq̧ corporalia, neq̧ ſpiritalia omnia omnibus eodem modo inſunt. Quibuſdá enim celerius, quibuſdam vero moroſius pſallere profuit: dum hi aduerſus captiuationem, illi aduerſus imperitiam pugnare ſe dicunt. Si cõtra inimicos tuos regem iugiter interpellaueris: cum ad te accedunt: confide: non laborabis: ipſi quippe ſua ſponte abs te diſcedent. Neq̧ enim impuri, & contaminati ſpiritus patiuntur, dum coronam ex illorum impugnatione ſuſcipis. Præterea velut ab oratiõis igne verberati diffugiẽt. Fortiſſimo ſemper ſis animo: deum'q̧ magiſtrũ habebis orationis tuę. Non poſſumus verbis diſcere aſpicere: naturã enim id ſequitur. Neq̧ orationis pulchritudinem per alterius doctrinam addiſcere poterimus. Ipſa enim in ſe ipſa deum habet magiſtrum: qui docet hominem ſcientiam: dat'q̧ orationem oranti: & benedicit iuſtoꝝ annos.

DE TERRESTRI COELO BEATA trãqllitate, & pfectione & reſurrectione aīę ante cõem reſurrectionẽ. Gꝛ. XXIX.

Ecce nos quoq̧, qui in profundiſſimo ignorantiæ lacu, tenebroſis'q̧ perturbationibus

bationibus, & vmbra mortis huius corporis constituti sumus: summa improbitate & audacia de terrestri cœlo philosophari incipimus. Habet firmamentum hoc stellatum pulchritudinē, beata vero tranquillitas virtutum ornamentum. Nihil enim aliud eiusmodi trāquillitatē esse reor, nisi mentis intimū cœlum versutias dæmonum ludibria iam æstimans. Ille igitur proprie tranquillus & est, & intelligitur: qui carnem quidem omni corruptionis labe purgauit: mentem vero supra creaturam omnem eleuans, omnes illi subiecit sensus: atq; vultus domini animam sistens supra virium suarum modum in illum se semper extendit. Quidam rursus beatam hanc tranquillitatem esse definiunt animæ resurrectionem ante resurrectionem corporis. Alii perfectam cognitionem dei, ab angelis secundam esse aiunt. Hæc itaq; perfectorum perfecta, & infinita perfectio, sicut mihi quidam, qui illius gustum ceperat, aperuit: ita iam sanctificat: atq; à terrenis omnibus rapit: vt plurimā iam carnalis vitæ partem, postq̄ cœlestem hunc portum occupauerit: veluti in cœlo per excessum mentis ad speculationem attollatur. De quo bene is, qui fuerat expertus, quodā in loco ait. Quoniam dei fortes terræ vehementer eleuati sunt. Huiusmodi fuisse ægyptium illū nouimus: qui quoties cum aliquibus orabat:

manus

manus suas diutius in oratione extensas non dimittebat. Est inter huiusmodi beatos alius alio tranquillior. Alius enim fortiter auersatur, atq; odit iniquitatem. alius inexplebiliter virtutibus ditatur. Etiam & castitas tranquillitas dicitur. & merito sane. principium enim est cõmunis resurrectionis, atq; corruptibiliũ incorruptionis. Tranquillitatem ostendit, qui ait. Sensum domini possideo. Hanc autẽ qui insinuauit ægyptius, qui se ait non timere dominum: eam item ille ostendit, qui vt ad se perturbationes, & tentamenta redirent, orauit. Quis ante futuram claritatem ita vt Syrus iste sacra hac tranquillitate dignus habitus est? Nempe celeberrimus inter prophetas Dauid, Remitte mihi, inquit ad dominum, vt refrigeretur. Hic autem dei athlęta, Remitte, ait, fluctus gratię tuę. Tranquillitatem habet anima, quæ ita in virtutum qualitatem, atq; habitum, sicuti vitiosi in voluptatum traducta est. Si hic finis est gastrimargiæ, se ipsum etiam nõ appetentem auide ad cibum interpellere: hic profecto finis erit continentię, etiam esurientem se cõtinere, natura iam libera, atq; nulli rei penitus obnoxia. Si hic finis est libidinis: in ipsa muta animalia, res'q; inanimatas insanire: iste profecto castitatis finis erit: in omnibus, veluti ea sint sine anima, sensus innocuos seruare. Si finis iste auaritię est: nunquã cõgregare desinere, vel

re,vel satiari:hic profecto finis nuditatis erit: neq; proprio corpori parcere. Si is accidiæ est finis:quãtalibet in requie carere patientia:hic erit patientię finis:vt quis in tribulatione quis sit,requiem tamen se habere arbitretur. Si hoc est inanis gloriæ culmen:etiam, cum nullus adsit,qui laudare possit: fingere simulationis opera:hęc profecto contrarię rei species erit: si nunq̃ etiam in conspectu laudantiũ nostræ intentioni ab inani gloria subripiatur. Si hoc est iracundię pelagus:nemine præsente irritari,atq; efferari:sane istud erit longanimitatis profundum:siue sit præsens, siue absens, qui maledictis insequitur:eadem animi tranquillitate durare. Si hoc species perditionis,vel superbię est:in vili atq; humili habitu extolli: Istud certe erit saluberrimæ humilitatis argumentum:in excelsis conatibus, & recte factis humilem tenere mentem. Si hoc perfectę vitiositatis argumentum est:omnibus,quæ dæmones inferunt,protinus cedere:hoc ego beatissimę tranquillitatis inditium reor:posse efficaciter dicere. Declinante a me maligno,nõ cognoscebam,neq; quomodo aduenit: neq; cuius rei gratia:neq; quomodo abscessit: sed omnino ad istiusmodi iam insensibilis sum: qui totus hoc statu dignus habitus fuerit:adhuc in carne degens ipsum in se inhabitãtem deum in omnibus verbis,& operibus,& cogi-

tationibus

tationibus ducem & gubernatorem habet. Vnde & quasi ex diuinę voluntatis adito vocem quandam per illuminationem interius percipit: atq; omni doctrina humana celsior factus dicit. Quando veniam: & apparebo ante faciem dei? Neque enim iam fero desiderii vim, atq; efficaciam: sed quæro quā dedisti mihi ante carnis huius lutum immortalem pulchritudinem. Qui eiusmodi est: ne multa dicam: viuit quidem, non iam ipse: viuit autem in eo CHRISTVS: vt ait qui bonum certamen certauerat: cursum'q; consumauerat: & fidem seruauerat. Non constat ex vno pretioso lapide diadema regium: neq; consumatur beata ista tranquillitas: si vel vnā aliquā virtutem negligamus. Tranquillitatem intelliges tu quidem cœlestis regis in cœlis regiā: multas vero mansiones eas, quæ sunt intra ciuitatem istam habitationes. Porro cœlestis huius Hierusalem murum peccatorum remissionē intellige. Curramus fratres rogo, curramus, quatenus ingressu thalami regiæ aulæ potiri mereamur. q; si ex aliquo vel onere, vel anticipatione, vel tempore (o calamitatem non ferendam) præoccupati fuerimus: vel mansionē aliquā circa thalamū ipsum occupare studeamus. sin vero adhuc tepescimus: & remissi sumus: vel intra mœnia ipsa modis omnibus inueniri curemus. Nam qui ante finem vitę in

ea non

ea non fuerit ingressus: immo vero illa etiam transcenderit: in solitudine dæmonum, ac vitiorum cōmorabitur. Idcirco etiam quidam orabat dicens. In deo meo transgrediar murum. Et alius quasi ex persona dei ait. Non'ne peccata vestra sunt, quæ separant inter me, & vos? Perfringamus o'amici medium sepis parietem: quem male per inobedientiam exædificauimus. Accipiamus hinc debiti solutionē eo ꝙ in inferno desit qui sanare, vel debita dimittere possit. Vacemus ergo fratres, & festinemus. Ad hoc enim in militiam cœlestis imperatoris ascripti sumus. Non lubricum, non tempus, non opus causari possumus. quicunqꝫ enim per regenerationis lauacrum dominum receperunt: dedit eis potestatē filios dei fieri, dicēs. Vacate, & videte, & agnoscite quoniam ego sum deus, tranquillitas'qꝫ, & a' vitiis redēptio. Ipsi gloria in sæcula sæculorum Amen. Suscitat quidem a' terra mentem inopem: atque a' stercore vitiorum erigit pauperem beata tranquillitas: quæ videlicet liberatio a' vitiis, cordis'qꝫ munditia est. laudatissima uero, semper'qꝫ ueneranda charitas collocat cū principibus populi domini: & sedere facit cū spiritibus angelicis.

De uinculo

DE VINCVLO TRIVM PRINCIPALIUM virtutum fidei spei & charitatis.
CAP. XXX.

NVnc itaq; post prædicta omnia manent fides, spes, charitas. Tria hęc, quibus reliqua omnia coniunguntur: atq; arctissime colligata continentur. Maior autem ex his charitas est. Deus enim rite appellatur. Equidem harum virtutum, primam radium, secundā lucem, tertiam circulum intelligo: ex quibus omnibus vnus splendor atq; vna claritas efficitur. Deniq; prima facere omnia, & condere potest: sequens dei misericordiam circuit, & inconfusam facit: tertia vero nunq̄ excidit: neq; vnq̄ currere desistit. neq; eum, qui a' beata insania vulneratus fuerit: vltra quiescere iam finit. qui de charitate loqui instituit: de deo profecto' loqui nititur. Enimuero de deo verba facere, & anceps simul, & periculosum est iis, qui parum caute quid moliantur aduertunt. Sermo de charitate solis angelis notus est: atq; illis ipsis per efficaciam illuminationis est cognitus. Charitas deus est. Eius vero finem qui loqui instituit: cæcus cum sit: in abysso metiri harenam cupit. Charitas quidem secūdum qualitatem similitudo dei est, quanta in hominibus fieri potest: secūdum efficaciam autem ebrietas est

animę: secundum proprietatem vero fons est fidei: longanimitatis abyssus: altissimū'que humilitatis pelagus. Charitas denique perfecta cuiusque aduersæ prauæ'que intentionis, cogitationis'que deposito. Charitas enim nō cogitat malum. Charitas, & trāquillitas, & filiorum adoptio solis nominibus distīcta sunt. Sicut enim lumen, ignis, & flāma in vnam actionem conueniunt: ita de his quoque intelligendum est. pro defectus, illustrationis'que mensura timor inest animæ. Nam qui sine timore est: aut charitate plenus, aut in anima mortuus est. Ex perfecta tamen charitate verus & sanctus timor domini nascitur: ex quo rursus dei amor proficiscitur. Nihil absurdum, vel iniquum facere videbimur: si ab humanis rebus desiderii, & timoris, & studii, & zeli, seruitutis'que, & amoris dei exempla ceperimus. Beatus qui tali in deum feruet amore: quali turpis, atque vesanus amator in eam mulierem, quā diligit, flagrat. Beati, qui sic dominum timent, sicut rei, & morte multandi iudicem ac torrem metuūt. Beatus, qui ita vera solicitudine solicitus erga deum est: vt sunt prudentes serui erga dominum suum. Beatus, qui eo zelo virtutibus inuigilat: quo zelotypi circa vxores suas. Beat?, qui sic in oratione domino assistit: quemadmodum ministri, qui regi adstant. Beatus q ita dominum vt homines iugiter placare, atque

obsequio

obsequio tueri contendit. Non ita mater lactēti puero, vt charitatis filius domino adhærere semper cōsueuit. Is, qui veraciter eius, quē amat, semper sibi proponit faciem: eam'q; intus summa cum voluptate complectitur: nempe qui eiusmodi est: non iam vel in somnis potest conquiescere: sed tunc quoq; eum, quē desiderat, videt: atq; cum illo vna' imoratur. Sic in corporibus, sic ī corporeis rebus fieri solet. Hoc iaculo vulneratus quidam dicebat de se ipso, id quod admiror equidem. Ego dormio, propter naturæ necessitatem: & cor meū vigilat, per amoris magnitudinem. Id insignū tibi erit, o' virorum optime: q cum interierint feræ belluæ a' ceruo: anima tunc maxime concupiscit, & deficit ad dominū charitatis igne, veluti quodam spiculo percussa. Famis quidē efficacia, & causa incerta simul & obscura est. Sitis vero aperta atq; manifesta, ardorē'q; Solis omnibus significat. Quocirca & is, qui deū cupiebat: aiebat. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Si facies eius, quē diligimus: verissime nos totos immutat: serenos'q; & lætos ac sine mœrore efficit: quid actura est domini facies inuisibiliter in animam ab omni labe mundatam aduenientis? Timor quidem quoties ex intimo cordis prodierit affectu: liquefacere, atq; consumere sordes consueuit. Confige enim inquit a' timore tuo carnes

meas. Sancta autem charitas nonnullos quidem vastare, & consumere solita est secũdum eum, qui dixit. Vulnerasti cor nostrum: uulnerasti cor nostrum. Quosdam uero etiam exultare facit: ac totos irradiat. In ipso enim ait, speravit cor meũ: & adiutus sum: & refloruit caro mea: & gestiente corde uirescit facies. Cũ uero iam totus homo diuinæ charitati fuerit unitus: atq; fere (ut ita dixerim) commistus: tunc etiam exterius in corpore ueluti per speculum quoddam claritatem serenitatemq; animæ ostendit. Eam gloriam consecutus est Moses ille dei speculator. Atq; ii, qui huiusmodi ęqualē angelis gradum adepti sunt: sæpe cibi corporalis obliuiscuntur: immo uero illum rarius appetunt. nec sane mirum. Nã si sæpe etiam contraria affectio cibi memoriã exclusit: reor eum, qui hæc incorruptibilia gustauerit: cum supra naturã factus sit: nulla iam corporis imbecillitate detineri. Id enim ueluti iam incorruptibile effectum, per castitatis flãmam expiatum est: qua scilicet omnis reliqua flãma perrupta, atq; extincta est: immo uero ne ipsum quoq; sibi oblatum cibum cum uoluptate ulla suscipere omnino posse arbitror. Aqua quidem subterranea uirgulti radicem irrigat. horum uero animas cœlestis ignis nutrire consueuit. Incrementum timoris initium est charitatis. finis uero castitatis theologiæ

argumētũ

argumentum est. Cuius deo perfecte sensus uniti sunt: hic ab eo uerbis eius in secreto instruitur, atq; eruditur. Nisi enim illi deo copulati fuerint: graue, ac periculosum est de deo loqui. Substantiale quidem uerbum castitatē perficit, præsentia sua mortificās mortem. hęc autem cum mortificata fuerit: protinus theologię discipulus illuminatur. Verbum dei, q̄d ex deo est: castum est, permanens in sęculum sęculi. Qui enim deum nō cognouit: scholastice loquitur. Castitas discipulum theologū facit, per se ipsum asserētem trinitatis dogmata. qui diligit dominum: fratrem suum antea dilexit. prioris enim demonstratio secundum est. qui diligit proximum: nunq̄ aduersus illum obloquentes tollerabit. Qui se deum dicit diligere: fratri'q; suo irascitur: similis ei est, qui in somnis currit. Fortitudo charitatis est spes. per hanc enim mercedem charitatis expectamus. Spes est incertarum diuitiarum opulentia. Spes est indubitatus ante thesaurum thesaurus. hæc laborum requies: hæc charitatis ianua est: hæc desperationis iugulatio: hęc absentium imago est. Spei defectus exterminatio est charitatis. Simul atq; illuxit spes: charitas apparuit. huic annexi sunt labores: ex hac pendent fatigationes: hanc misericordia circūdat. Spe subnixus monachus accidię iugulator est, ex illa huius gladio triumphans.

phans. Spem parit diuinorum munerum experimentum. nam qui hęc expertus non est: non sine hęsitatione perstat. spem soluit iracundia. hæc enim non confundit: uir autem iracundus nunq̃ erit honestus. Charitas ꝓphetię indultrix est. Charitas ꝓdigia fieri pręstat. Charitas illustrationis abyssus est. Charitas fons ignis est: qui quanto inundat magis: tanto sitientem amplius exurendo consumit. Charitas angelorum status est, profectus'ꝗ sęculorum. Annuntia nobis o decora inter uirtutes, ubi pascis oues tuas: ubi moraris in meridie. Illumina nos: irriga nos: deduc nos oramus. iam enim ascendere cupimus ad te. tu quippe dominaris omnium. nunc autem in intimis penetralibus uulnerasti animam meã: nec possum continere flammam tuam. Quo cum te laudauero, proficiscar? Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas: atque mortificas. Tu humilias ut uulneratum superbam cogitationem: in brachio uirtutis tuę dispersisti inimicos tuos: inexpugnabiles'ꝗ facis amatores tuos. quonã uero modo Iacob te scalę innixam uiderit, addiscere festino. Quęso quęnam sit ascensus istius species auide sciscitanti mihi loquere: qui modus, quod compendium illius compositionis graduum: quos ueluti ascensiones in corde suo disposuit amator tuus: quis præ-

terea

terea sit horum numerus scire sitiebam: quantum'q; cursus illius tẽpus sit. Doctores enim annuntiauit is, qui luctam tuam, visionem'q; didicerat. cæterũ clarius aliqd noluit, imo vero non valuit dicere. Illa vero dicam magis proprie, vt puto. Ille vero veluti è cœlo mihi visa regina in auribus animę meę colloquens ait. Nisi soluaris ista crassitudine ó feruens amator: speciem meam cuiusmodi sit addiscere non potes. Scala vero virtutum specialem compositionem te doceat. in ipsius ego vertice firmata sum: sicut de me magnus ille arcanorum cognitor aiebat. Nunc vero manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem omnibus est charitas.

Is, qui in libro vitæ nomina sua ascribi volunt: optimam cursus viam liber iste apertius ostendit. Hunc enim perlegentes inueniemus absq; errore sequi se volentes ducere, atq; ab omni lapidis offensione seruare illæsos: scalam'q; nobis à terrenis vsq; ad sancta sanctorum erectam præferentem, deum'q; dilectionis ipsius culmini innixum indicantem. Quam scalam (vt reor) supplantator ille vitiorum Iacob in cubili exercitationis quiescens vidit. Cæterum ascendamus quæso prompte, atq; fideliter intellectualem hunc, atq; cœlestem ascensum: cuius quidem initium est terrenorum omnium abrenuutia-

tio: finis vero charitatis deus.

Scendite fratres, ascēdite, ascensiones in corde prompte disponētes, eius'q; memores, qui ait. Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei nostri: qui perfecit pedes nostros sicut ceruí: & super excelsa statuit: vt vincamus in via sua. Currite obsecro cum illo, qui ait. festinemus, donec occurramus omnes in vnitatē fidei, & agnitionis dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTO: qui per visibilem ætatem triginta annorum baptizatus trigesimum gradum in spiritali scala sortitus est. Quippe charitas deus est. Illi laus, illi imperium, illi fortitudo, illi bonorum omnium causa inest, fuit'q;, & erit in infinita sæcula. Amen.

FINIS.

EIVSDEM AD PASTOREM SERmo, in quo docetur qualis esse debeat rationalium ouium pastor.

IN Inferiori quidem libro extremum ego te omnium o venerande constitui: in superno aũt primum omnium nostrum fore mihi ipse persuasi. Est enim verax illa definitio, qua dicitur. Erunt nouissimi sensus humilitate, primi dignitate. Pastor est proprie, qui perditas per vitiũ rationales oues per industriam suam, & orationem requirere, & dirigere potest. Gubernator est, qui a deo, propriis'q; laboribus speciali virtute percepta, nõ solum ex tẽpestate, sed ex ipso quoq; profundo nauem trahere, atq; illæsam seruare potest. Medicus est, qui corpore, & animo sanus atq; integer nullo horum gratia medicamẽto indiget. Doctor ille re vera est, qui specialem librum scientiæ digito dei, videlicet illustrationis vi & efficacia conscriptum ab illo per se ipsum accepit: nulla'q; iam librorum cęterorum illi necessitas est. Minime doctoribus conuenit ex exemplaribus instruere: sicuti neq; pictoribus ex tabulis veteribus imagines exprimere. Qui inferiores docere instituis: superne, atq; ex sublimi edoce: & figura atq; habitu intimo alterum erudi. Noli eius obliuisci, qui ait. Non ab hominibus, neq; per homi

nem magisterium accepi, neq; edoctus sum. neq; enim possibile est vt infimi infima vnquã curẽt. Optimus gubernator seruabit nauem: bonus'q; pastor viuificabit, atq; morbidas sanabit oues. Quanto oues pastorem indesinenter proficiendo sequuntur: tanto pro eis ille patrifamilias rationem amplius reddet. Lapidet sermonibus pastor eas oues, quæ vel per desidiam, vel per gulæ concupiscentiam retro remanent. Est enim & hoc boni pastoris argumentum: Quoties oues ex ardore, vel adustione Solis, immo vero corporis dormitare cœperint: tunc ad cœlum intuens pastor, vehementius pro ipsis, ac super eas inuigilet. Illo enim maxime incendii tempore plurimæ luporum morsibus patere solẽt. Verum & si ipse, vt in ouibus visibilibus fieri solitum est: illius adustionis tempore caput animę infra in terram inclinent: habemus eum, qui dixit. Cor contritum, & humiliatum deus nõ spernet. Cum vero perturbationum tenebrę, & nox gregem apprehenderit: statue immobiliter canem: qui ad dominum latret in nocturna custodia. Neq; enim inconueniens est canem animum tuum intelligere belluarum interfectorem. Et hãc quippe naturæ proprietatem bonus dominus noster esse voluit: vt, cum medicum viderit infirmus: lætetur: etiam si nihil ab eo fortassis commodi capiat. Sint

tibi

tibi quoq; o Venerande mihi, emplastra, nouaculę, collyria, potiões, spógiæ, vel penicilla, phlebothomia, idest emissoria sanguinis, cauteria, vnctiones, medicamina. somnum inducentia, gladius, ligaturę, & ea, quæ anautia dicitur, videlicet nauseæ priuatio. Nam si his omnibus indigeamus: non video quomodo artem ostendere possimus. neq; enim verbis, sed rebus merces redditur. Emplastrū est medicina passionū visibilium, siue corporalium. Potio itestinis morbis medetur: sordes'q; inuisibiles euacuat. Nouacula est mordēs ignominia: qua elationis extergitur putredo. Collyrium est acerba quidem, atq; aspera, sed quæ post modicum curat, inuectio. phlebothomiū est celerrima inuisibilis fœtoris exinanitio. Phlebothomiū proprie est dura prorsus pro salute languentium, atq; acris inuectio. Penicillum est ea, quæ post sanguinis emissionē, siue chirurgiā, per placidos gratos blandos'q; ac molles medici sermones sequitur cura, & refrigerium. Cauterium est finis, atq; pœna, quæ ad certum tempus in pœnitentiam clementer datur. Vnctio est ea, quæ post cauteriū siue per sermonem, siue per breuem admonitionę languentē sequitur consolatio. Somniferum medicamentum est, quod obedientis onus excipere, ac per subiectionem requiem illi, insomnem'q; somnum indulgere, san-

gratiam tempestates præuidendi: prædic illis
apertius, q̃ in naui sunt: alioquin tu naufragii
causa illis eris: qui gubernationem tibi præ
omnibus creditam negligis: securus'q; obdor
mis. Vidi medicos, qui, cum infirmis morbo-
rum causas non patefecissent: & sibi ipsis, & il-
lis maximi laboris, & ærumnæ causa fuerunt.
quanto is, qui præest subditorum, atq; eorum
etiam, qui & extranei, & sibi crediti non sunt:
maiorem erga se fidem, ac deuotionem vide-
rit: tanto debet seipsum omni studio seruare
cautius in omnibus, quę vel agit, vel loquitur:
sciens, omnes in se, veluti in propositum exē-
plar intueri: ea'q; omnia, quæ ab eo vel fiunt,
vel dicuntur: diffinitá aliquã legem, quã præ-
teriri non liceat, putare. Verum pastorem cha-
ritas indicat. propter enim charitatem pastor
ille supremus crucifixus est. Bona omnia, quæ
in aliis videris: tua facere contende per imita-
tionis studium: nec tibi iam à cõfusione me-
tues. Non te pigeat imbecillitatem verbis con
tristare ad tempus: ne per tuum execrabile si-
lentium infirmus longo tempore ęgrotet: vel
moriatur. Multi, cum ex gubernatoris silentio
prospere se nauigare arbitrarentur: impege-
runt repente in saxa, & scopulos. Audiamus
quid Paulus ad Timotheum dicat. Insta, in-
quit, opportune, ĩportune. Opportune ego di-
ci arbitror: cum ii, qui arguuntur: increpatio-

nem libenter sustinent. Importune verò, cum increpationibus arguuntur, qui corripiuntur. Nam & nemine sæpe sitiente fontes emanant aquas. Solent, qui præsunt: plerunq; ex humilitate vitare reuerentiam: vtilia'q; discipulis tepidius dicere: vel etiã omnino reticere. Sed non debent in erudiendis formandis'q; discipulis magistri officium, atq; authoritatem declinare: verũ quid fieri debeat, præcepta'q; dominica ex diuinis literis docere. Audiamus diuinam scripturam dicētem de quibusdam. Abscinde eam: vt quid etiam terram occupat? Et. Auferte malum ex vobis ipsis. Et rursus. Noli orare pro populo isto. Et pro Saule Samuel orare prohibetur. Hęc omnia cognoscere pastorem decet. In quibus, quando, & quomodo fieri debeant. deo quippe nihil verius est. Siquis seorsum reprehensus non confunditur, neq; erubescit: hic, si coram multitudine corripiatur: impudentior fiet: ac sponte salutē suã execrabitur. Et illud solicite reuolue, quod a' multis infirmis prudētibus fieri vidi. qui cũ suam infirmitatem non ignorarent: medicos vltro deprecati sunt vt se ligarent: & vi voluntaria curarent: eo q; spiritus quidem promptus esset, propter futuram spem: caro autem infirma, propter inueteratam cõsuetudinem. Ego itaq; hæc videns, medicos, vt eis acquiescerēt, oraui. neq; verò vniuersis aduenientibus: dux

angustã,

re,vel satiari:hic profecto finis nuditatis erit: neq; proprio corpori parcere. Si is accidiæ est finis: quātalibet in requie carere patientia: hic erit patientiæ finis: vt quis in tribulatione quis sit, requiem tamen se habere arbitretur. Si hoc est inanis gloriæ culmen: etiam, cum nullus adsit, qui laudare possit: fingere simulationis opera: hęc profecto contrariæ rei species erit: si nunq̄ etiam in conspectu laudantiū nostræ intentioni ab inani gloria subripiatur. Si hoc est iracundiæ pelagus: nemine præsente irritari, atq; efferari: sane istud erit longanimitatis profundum: siue sit præsens, siue absens, qui maledictis insequitur: eadem animi tranquillitate durare. Si hoc species perditionis, vel superbiæ est: in vili atq; humili habitu extolli: Istud certe erit saluberrimæ humilitatis argumentum: in excelsis conatibus, & recte factis humilem tenere mentem. Si hoc perfectæ vitiositatis argumentum est: omnibus, quæ dæmones inferunt, protinus cedere: hoc ego beatissimæ tranquillitatis inditium reor: posse efficaciter dicere. Declinante a me maligno, nō cognoscebam, neq; quomodo aduenit: neq; cuius rei gratia: neq; quomodo abscessit: sed omnino ad istiusmodi iam insensibilis sum. qui totus hoc statu dignus habitus fuerit: adhuc in carne degens ipsum in se inhabitātem deum in omnibus verbis, & operibus, & cogitationibus

tationibus ducem & gubernatorem habet. Vnde & quasi ex diuinę voluntatis adito vocem quandam per illuminationem interius percipit: atq; omni doctrina humana celsior factus dicit. Quando veniam: & apparebo ante faciem dei? Neque enim iam fero desiderii vim, atq; efficaciam: sed quæro quā dedisti mihi ante carnis huius lutum immortalem pulchritudinem. Qui eiusmodi est: ne multa dicam: viuit quidem, non iam ipse: viuit autem in eo CHRISTVS: vt ait qui bonum certamen certauerat: cursum'q; consumauerat: & fidem seruauerat. Non constat ex vno pretioso lapide diadema regium: neq; consumatur beata ista tranquillitas: si vel vnā aliquā virtutem negligamus. Tranquillitatem intelliges tu quidem cœlestis regis in cœlis regiā: multas vero mansiones eas, quæ sunt intra ciuitatem istam habitationes. Porro cœlestis huius Hierusalem murum peccatorum remissionē intellige. Curramus fratres rogo, curramus, quatenus ingressu thalami regiæ aulæ potiri mereamur. q; si ex aliquo vel onere, vel anticipatione, vel tempore (o calamitatem non ferendam) præoccupati fuerimus: vel mansionē aliquā circa thalamū ipsum occupare studeamus. sin vero adhuc tepescimus: & remissi sumus: vel intra mœnia ipsa modis omnibus inueniri curemus. Nam qui ante finem vitę in

ea non

ea non fuerit ingressus: immo vero illa etiam transcenderit: in solitudine dæmonum, ac vitiorum cōmorabitur. Idcirco etiam quidam orabat dicens. In deo meo transgrediar murum. Et alius quasi ex persona dei ait. Non'ne peccata vestra sunt, quæ separant inter me, & vos? Perfringamus o'amici medium sepis parietem: quem male per inobedientiam exædificauimus. Accipiamus hinc debiti solutionē eo ꝙ in inferno desit qui sanare, vel debita dimittere possit. Vacemus ergo fratres, & festinemus. Ad hoc enim in militiam cœlestis imperatoris ascripti sumus. Non lubricum, non tempus, non onus causari possumus. quicunqꝫ enim per regenerationis lauacrum dominum receperunt: dedit eis potestatē filios dei fieri, dicēs. Vacate, & videte, & agnoscite quoniam ego sum deus, tranquillitas'qꝫ, & a' vitiis redēptio. Ipsi gloria in sæcula sæculorum Amen. Suscitat quidem a' terra mentem inopem: atque a' stercore vitiorum erigit pauperem beata tranquillitas: quæ videlicet liberatio a' vitiis, cordis'qꝫ munditia est. laudatissima uero, semper'qꝫ ueneranda charitas collocat cū principibus populi domini: & sedere facit cū spiritibus angelicis.

De uinculo

DE VINCVLO TRIVM PRINCIpalium virtutum fidei spei & charitatis.

Ca. XXX

Nunc itaq; post prædicta omnia manent fides, spes, charitas. Tria hęc, quibus reliqua omnia coniunguntur: atq; arctissime colligata continentur. Maior autem ex his charitas est. Deus enim rite appellatur. Equidem harum virtutum, primam radium, secundã lucem, tertiam circulum intelligo: ex quibus omnibus vnus splendor atq; vna claritas efficitur. Deniq; prima facere omnia, & condere potest: sequens dei misericordiam circuit, & inconfusam facit: tertia vero nunq̃ excidit: neq; vnq̃ currere desistit. neq; eum, qui a beata insania vulneratus fuerit: vltra quiescere iam finit. qui de charitate loqui instituit: de deo profecto loqui nititur. Enimuero de deo verba facere, & anceps simul, & periculosum est iis, qui parum caute quid moliantur aduertunt. Sermo de charitate solis angelis notus est: atq; illis ipsis per efficaciam illuminationis est cognitus. Charitas deus est. Eius vero finem qui loqui instituit: cæcus cum sit: in abysso metiri harenam cupit. Charitas quidem secũdum qualitatem similitudo dei est, quanta in hominibus fieri potest: secũdum efficaciam autem ebrietas est

animę:

animę:secundum proprietatem vero fons est fidei:longanimitatis abyssus:altissimũ'q; humilitatis pelagus. Charitas deniq; perfecta cuiusq; aduersæ prauæ'q; intentionis, cogitationis'q; deposito. Charitas enim nõ cogitat malum. Charitas, & trãquillitas, & filiorum adoptio solis nominibus distĩcta sunt. Sicut enim lumen, ignis, & flãma in vnam actionem conueniunt: ita de his quoq; intelligendum est. pro defectus, illustrationis'q; mensura timor inest animæ. Nam qui sine timore est: aut charitate plenus, aut in anima mortuus est. Ex perfecta tamen charitate verus & sanctus timor domini nascitur: ex quo rursus dei amor proficiscitur. Nihil absurdum, vel iniquum facere videbimur: si ab humanis rebus desiderii, & timoris, & studii, & zeli, seruitutis'q;, & amoris dei exempla ceperimus. Beatus qui tali in deum feruet amore: quali turpis, atq; vesanus amator in eam mulierem, quã diligit, flagrat. Beati, qui sic dominum timent, sicut rei, & morte multandi iudicem ac torrem metuũt. Beatus, qui ita vera solicitudine solicitus erga deum est: vt sunt prudentes serui erga dominum suum. Beatus, qui eo zelo virtutibus inuigilat: quo zelotypi circa vxores suas. Beat?, qui sic in oratione domino assistit: quemadmodum ministri, qui regi adstant. Beatus q ita dominum vt homines iugiter placare, atq;

obsequio

obſequio tueri contendit. Non ita mater la-ctēti puero, vt charitatis filius domino adhæ-rere ſemper cōſueuit. Is, qui veraciter eius, quē amat, ſemper ſibi proponit faciem: eam'q; in-tus ſumma cum voluptate complectitur: nem pe qui eiuſmodi eſt: non iam vel in ſomnis poteſt conquieſcere: ſed tunc quoq; eum, quē deſiderat, videt: atq; cum illo vna imoratur. Sic in corporibus, ſic ī corporeis rebus fieri ſo let. Hoc iaculo vulneratus quidam dicebat de ſe ipſo, id quod admiror equidem. Ego dor-mio, propter naturæ neceſſitatem: & cor meū vigilat, per amoris magnitudinem. Id inſignū tibi erit, o virorum optime: q; cum interierint feræ belluæ a ceruo: anima tunc maxime con cupiſcit, & deficit ad dominū charitatis igne, veluti quodam ſpiculo percuſſa. Famis quidē efficacia, & cauſa incerta ſimul & obſcura eſt. Sitis vero aperta atq; manifeſta, ardorē'q; So-lis omnibus ſignificat. Quocirca & is, qui deū cupiebat: aiebat. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Si facies eius, quē diligimus: veriſſime nos totos immutat: ſerenos'q; & læ tos ac ſine mœrore efficit: quid actura eſt do-mini facies inuiſibiliter in animam ab omni labe mundatam aduenientis? Timor quidem quoties ex intimo cordis prodierit affectu: liquefacere, atq; conſumere ſordes conſueuit. Confige enim inquit a timore tuo carnes

meas.

meas. Sancta autem charitas nonnullos quidem uastare, & consumere solita est secũdum eum, qui dixit. Vulnerasti cor nostrum: uulnerasti cor nostrum. Quosdam uero etiam exultare facit: ac totos irradiat. In ipso enim ait, sperauit cor meũ: & adiutus sum: & refloruit caro mea: & gestiente corde uirescit facies. Cũ uero iam totus homo diuinæ charitati fuerit unitus: atq; ferè (ut ita dixerim) commistus: tunc etiam exterius in corpore ueluti per speculum quoddam claritatem serenitatemq; animæ ostendit. Eam gloriam consecutus est Moses ille dei speculator. Atq; ii, qui huiusmodi ęqualẽ angelis gradum adepti sunt: sæpe cibi corporalis obliuiscuntur: immo uero illum rarius appetunt. nec sanè mirum. Nã si sæpe etiam contraria affectio cibi memoriã exclusit: reor eum, qui hæc incorruptibilia gustauerit: cum supra naturã factus sit: nulla iam corporis imbecillitatẽ detineri. Id enim ueluti iam incorruptibile effectum, per castitatis flãmam expiatum est: qua scilicet omnis reliqua flãma perrupta, atq; extincta est: immo uero ne ipsum quoq; sibi oblatum cibum cum uoluptate ullã suscipere omnino posse arbitror. Aqua quidem subterranea uirgulti radicem irrigat. horum uero animas cœlestis ignis nutrire consueuit. Incrementum timoris initium est charitatis. finis uero castitatis theologiæ

argumẽtũ

argumentum est. Cuius deo perfecte sensus uniti sunt: hic ab eo uerbis eius in secreto instruitur, atq; eruditur. Nisi enim illi deo copulati fuerint: graue, ac periculosum est de deo loqui. Substantiale quidem uerbum castitatē perficit, præsentia sua mortificās mortem. hęc autem cum mortificata fuerit: protinus theologię discipulus illuminatur. Verbum dei, qđ ex deo est: castum est, permanens in sęculum sęculi. Qui enim deum nō cognouit: scholastice loquitur. Castitas discipulum theologū facit, per se ipsum afferētem trinitatis dogmata. qui diligit dominum: fratrem suum antea dilexit. prioris enim demonstratio secundum est. qui diligit proximum: nunq̄ aduersus illum obloquentes tollerabit. Qui se deum dicit diligere: fratri'q; suo irascitur: similis ei est, qui in somnis currit. Fortitudo charitatis est spes. per hanc enim mercedem charitatis expectamus. Spes est incertarum diuitiarum opulentia. Spes est indubitatus ante thesaurum thesaurus. hæc laborum requies: hæc charitatis ianua est: hæc desperationis iugulatio: hęc absentium imago est. Spei defectus exterminatio est charitatis. Simul atq; illuxit spes: charitas apparuit. huic annexi sunt labores: ex hac pendent fatigationes: hanc misericordia circūdat. Spe subnixus monachus accidię iugulator est, ex illa huius gladio triumphans.

phans. Spem parit diuinorum munerum ex-
perimentum. nam qui hęc expertus non est:
non sine hęsitatione perstat. spem soluit ira-
cundia. hæc enim non confundit. uir autem
iracundus unq̃ erit honestus. Charitas ꝓ-
phetię indultrix est. Charitas ꝓdigia fieri prę-
stat. Charitas illustrationis abyssus est. Chari-
tas fons ignis est: qui quanto inundat magis:
tanto sitientem amplius exurendo consumit.
Charitas angelorum status est, profectusq; sę-
culorum. Annuntia nobis o decora inter uir-
tutes, ubi pascis oues tuas: ubi moraris in me-
ridie. Illumina nos: irriga nos: deduc nos ora
mus. iam enim ascendere cupimus ad te. tu
quippe dominaris omnium. nunc autem in
intimis penetralibus uulnerasti animam meā:
nec possum continere flammam tuam. Quo-
cum te laudauero, proficiscar? Tu domina-
ris potestati maris: motum autem fluctuum
eius tu mitigas: atque mortificas. Tu humilias
ut uulneratum superbam cogitationem: in
brachio uirtutis tuę dispersisti inimicos tuos:
inexpugnabilesq; facis amatores tuos. quo-
nā uero modo Iacob te scalę innixam uiderit,
addiscere festino. Quęso quęnam sit ascen-
sus istius species auide sciscitanti mihi loque-
re; qui modus, quod compendium illius com-
positionis graduum: quos ueluti ascensiones
in corde suo disposuit amator tuus: quis præ-
terea

terea sit horum numerus scire sitiebam: quantum'qꝫ cursus illius tẽpus sit. Doctores enim annuntiauit is, qui luctam tuam, visionem'qꝫ didicerat. cæterũ clarius aliqd noluit, imo vero non valuit dicere. Illa vero dicam magis proprie, vt puto. Ille vero veluti e cœlo mihi visa regina in auribus animę meę colloquens ait. Nisi soluaris ista crassitudine o feruens amator: speciem meam cuiusmodi sit addiscere non potes. Scala vero virtutum specialem compositionem te doceat. in ipsius ego vertice firmata sum: sicut de me magnus ille arcanorum cognitor aiebat. Nunc vero manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem omnibus est charitas.

Is, qui in libro vitæ nomina sua ascribi volunt: optimam cursus viam liber iste apertius ostendit. Hunc enim perlegentes inueniemus absqꝫ errore sequi se volentes ducere, atqꝫ ab omni lapidis offensione seruare illæsos: scalam'qꝫ nobis a terrenis vsqꝫ ad sancta sanctorum erectam præferentem, deum'qꝫ dilectionis ipsius culmini innixum indicantem. Quam scalam (vt reor) supplantator ille vitiorum Iacob in cubili exercitationis quiescens vidit. Cæterum ascendamus quæso prompte, atqꝫ fideliter intellectualem hunc, atqꝫ cœlestem ascensum: cuius quidem initium est terrenorum omnium abrenuutia-

tio: finis vero charitatis deus.

a Scendite fratres, ascẽdite, ascensiones in corde prompte disponẽtes, eiusq́ memores, qui ait. Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei nostri: qui perfecit pedes nostros sicut cerui: & super excelsa statuit: vt vincamus in via sua. Currite obsecro cum illo, qui ait. festinemus, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis CHRISTO: qui per visibilem ætatem triginta annorum baptizatus trigesimum gradum in spiritali scala sortitus est. Quippe charitas deus est. Illi laus, illi imperium, illi fortitudo, illi bonorum omnium causa inest, fuitq́, & erit in infinita sæcula. Amen.

FINIS.

EIVSDEM AD PASTOREM SERmo, in quo docetur qualis esse debeat rationalium ouium pastor.

IN Inferiori quidem libro extremum ego te omnium ó venerande constitui: in superno aũt primum omnium nostrum fore mihi ipse persuasi. Est enim verax illa definitio, qua dicitur. Erunt nouissimi sensus humilitate, primi dignitate. Pastor est proprie, qui perditas per vitiũ rationales oues per industriam suam, & orationem requirere, & dirigere potest. Gubernator est, qui à deo, propriis'que laboribus speciali virtute percepta, nõ solum ex tẽpestate, sed ex ipso quoque profundo nauem trahere, atque illæsam seruare potest. Medicus est, qui corpore, & animo sanus atque integer nullo horum gratia medicamẽto indiget. Doctor ille re vera est, qui specialem librum scientiæ digito dei, videlicet illustrationis vi & efficacia conscriptum ab illo per se ipsum accepit: nulla'que iam librorum cęterorum illi necessitas est. Minime doctoribus conuenit ex exemplaribus instruere: sicuti neque pictoribus ex tabulis veteribus imagines exprimere. Qui inferiores docere instituis: superne, atque ex sublimi edoce: & figura atque habitu intimo alterum erudi. Noli eius obliuisci, qui ait. Non ab hominibus, neque per homi

nem magisterium accepi, neq; edoctus sum. neq; enim possibile est vt infimi infima vnquã curẽt. Optimus gubernator seruabit nauem: bonus'q; pastor viuificabit, atq; morbidas sanabit oues. Quanto oues pastorem indesinenter proficiendo sequuntur: tanto pro eis ille patrifamilias rationem amplius reddet. Lapidet sermonibus pastor eas oues, quæ vel per desidiam, vel per gulæ concupiscentiam retro remanent. Est enim & hoc boni pastoris argumentum: Quoties oues ex ardore, vel adustione Solis, immo vero corporis dormitare cœperint: tunc ad cœlum intuens pastor, vehementius pro ipsis, ac super eas inuigilet. Illo enim maxime incendii tempore plurimæ luporum morsibus patere solẽt. Verum & si ipse, vt in ouibus visibilibus fieri solitum est: illius adustionis tempore caput animę infra in terram inclinent: habemus eum, qui dixit. Cor contritum, & humiliatum deus nõ spernet. Cum vero perturbationum tenebrę, & nox gregem apprehenderit: statue immobiliter canem: qui ad dominum lattrẽt in nocturna custodia. Neq; enim inconueniens est canem animum tuum intelligere belluarum interfectorem. Et hãc quippe naturæ proprietatem bonus dominus noster esse voluit: vt, cum medicum viderit infirmus: lætetur: etiam si nihil ab eo fortassis commodi capiat. Sint

tibi quoq;, o Venerande mihi, emplastra, nouaculę, collyria, potiões, spógiæ, vel penicilla, phlebothomia, idest emissoria sanguinis, cauteria, vnctiones, medicamina somnum inducentia, gladius, ligaturę, & ea, quæ anautia dicitur, videlicet nauseæ priuatio. Nam si his omnibus indigeamus: non video quomodo artem ostendere possimus. neq; enim verbis, sed rebus merces redditur. Emplastrũ est medicina passionũ visibilium, siue corporalium. Potio itestinis morbis medetur: sordes'q; inuisibiles euacuat. Nouacula est mordẽs ignominia: qua elationis extergitur putredo. Collyrium est acerba quidem, atq; aspera, sed quæ post modicum curat, inuectio. phlebothomiũ est celerrima inuisibilis fœtoris exinanitio. Phlebothomiũ proprie est dura prorsus pro salute languentium, atq; acris inuectio. Penicillum est ea, quæ post sanguinis emissionẽ, siue chirurgiã, per placidos gratos blandos'q; ac molles medici sermones sequitur cura, & refrigerium. Cauterium est finis, atq; pœna, quæ ad certum tempus in pœnitentiam clementer datur. Vnctio est ea, quæ post cauteriũ siue per sermonem, siue per breuem admonitionẽ languentẽ sequitur consolatio. Somniferum medicamentum est, quod obedientis onus excipere, ac per subiectionem requiem illi, insomnem'q; somnum indulgere, san-

ctam'que cæcitatem,per quã bona sua non videat,inducere solitum est. Vincula,siue ligaturæ sunt,quibus ii,qui inani gloria hactenus soluti molliebantur: per tollerantiam vsque ad mortem vinciuntur:atque in sui odium firmantur. Vltimus omnium gladius est, terminus scilicet,atque sententia ad excidendum spiritaliter mortificatum corpus,ac putre membrũ: ne reliquis quoque eius cõtagio cõmunis fiat. Beata sane est in medicis nauseę priuatio: in iis autem,qui præsunt,passionum omnium vacatio. Illi enim,si non perturbentur a nausea: omnis fœtoris curationẽ impigre occurrent. hi vero omnem emortuam animam suscitare poterunt. Atque hæc vna ex prælati orationibus sit:quã oret intentius,vt omnibus secundum singulorum merita affici,atque conuenire possit:ne forte vt Iacob ipse quoque & dilectũ, & socios lędat. quod ii pati maxime solent: qui nondum animæ sensus exercitatos perfecte habent ad discretionẽ boni,medii,ac mali. Summa sane prelato confusio est,id vt discipulo donetur orare,quod nondũ ipse possideat. Sicut qui faciem regis aspiciunt:eius'que sibi amicitias conciliauerunt:possunt iam ministros eius omnes fortasse, & ignotos, siue etiam inimicos, si velint, reconciliare regi: suę'que gloriæ participes facere: ita velim & in sanctis intelligas. Summos quippe, & veros

amicos

amicos reuerentur amici:eis'q; obtemperant: fortassis vero coguntur ab eis.conuenit sane', multum'q; necesse est amicos habere intelle- ctuales amicos.Nemo enim æque vt illi, no- bis ad virtutem conferre,atq; opitulari potest. Narrauit mihi quidam famulus, atq; amicus dei:q̄ semper quidem, maxime tamen in so- lennitatibus dominicis annuis deus famulos suos gratiis,ac muneribus donat.Medicus p- fecte debet esse integer,ac vitiis liber: vt certo tempore possit maxime iracūdum se fingere. nisi enim fuerit huiusmodi perturbationibus penitus liber:non poterit rursus absq; pertur- batione ista simulare.Vidi equum adhuc pa- rum exercitatum:qui,cum freno actus quietus incederet: relaxato modice freno, domino suo repēte insidiatus est.In duobus spiritibus vt plurimum hoc problema consueuit acci- dere.qui inquirere hoc volūt:cum labore in- quirant.tunc maxime ea,quę medico data est a' deo,sapientia cognoscitur: cum eos mor- bos,qui plurimis insanabiles fuerunt:ipse cu- rare potuerit. Non ille magister admirandus est,qui ingeniosos, ac peritos pueros sapien- tes facit:sed is,qui imperitos,atq; insipientes, & eruditos & sapientes efficit. Tunc etiam mi litum laudatur ingenuitas: omnibus'q; con- spicua fit:cum in equis parum idoneis uice- rint:equos'q; seruauerint. Si accepisti a' deo

gratiam tempestates prævidendi: prædic illis apertius, q̃ in naui sunt: alioquin tu naufragii causa illis eris: qui gubernationem tibi præ omnibus creditam negligis: securus'q; obdormis. Vidi medicos, qui, cum infirmis morborum causas non patefecissent: & sibi ipsis, & illis maximi laboris, & ærumnæ causa fuerunt. quanto is, qui præest subditorum, atq; eorum etiam, qui & extranei, & sibi crediti non sunt: maiorem erga se fidem, ac deuotionem viderit: tanto debet seipsum omni studio seruare cautius in omnibus, quę vel agit, vel loquitur: sciens, omnes in se, veluti in propositum exẽplar intueri: ea'q; omnia, quæ ab eo vel fiunt, vel dicuntur: diffinitã aliquã legem, quã præteriri non liceat, putare. Verum pastorem charitas indicat. propter enim charitatem pastor ille supremus crucifixus est. Bona omnia, quæ in aliis videris: tua facere contende per imitationis studium: nec tibi iam a cõfusione metues. Non te pigeat imbecillitatem verbis contristare ad tempus: ne per tuum execrabile silentium infirmus longo tempore ęgrotet: vel moriatur. Multi, cum ex gubernatoris silentio prospere se nauigare arbitrarentur: impegerunt repente in saxa, & scopulos. Audiamus quid Paulus ad Timotheum dicat. Insta, inquit, opportune, ĩportune. Opportune ego dici arbitror: cum ii, qui arguuntur: increpatio-

nem

nem libenter sustinent. Importune vero, cum increpationibus arguuntur, qui corripiuntur. Nam & nemine sæpe sitiente fontes emanant aquas. Solent, qui præsunt: plerunq; ex humilitate vitare reuerentiam: vtilia'q; discipulis tepidius dicere: vel etiã omnino reticere. Sed non debent in erudiendis formandis'q; discipulis magistri officium, atq; authoritatem declinare: verũ quid fieri debeat, pręcepta'q; dominica ex diuinis literis docere. Audiamus diuinam scripturam dicẽtem de quibusdam. Abscinde eam: vt quid etiam terram occupat? Et. Auferte malum ex vobis ipsis. Et rursus. Noli orare pro populo isto. Et pro Saule Samuel orare prohibetur. Hęc omnia cognoscere pastorem decet. In quibus, quando, & quomodo fieri debeant: deo quippe nihil verius est. Siquis seorsum reprehensus non confunditur, neq; erubescit: hic, si coram multitudine corripiatur: impudentior fiet: ac sponte salutẽ suã execrabitur. Et illud solicite reuolue, quod a' multis infirmis prudẽtibus fieri vidi. qui cũ suam infirmitatem non ignorarent: medicos vltro deprecati sunt vt se ligarent: & vi voluntaria curarent: eo q; spiritus quidem promptus esset, propter futuram spem: caro autem infirma, propter inueteratam cõsuetudinem. Ego itaq; hæc videns, medicos, vt eis acquiescerẽt, oraui. neq; vero vniuersis aduenientibus dux

anguſtam,& artam viam ſemper prædicere: ſed ne ſuaue quidem iugũ,& onus leue omnibus polliceri debet: ſed excogitare magis,atq; miſcere debet antidota. & illis quidẽ,qui peccatorum mollibus oppreſſi faciles,ac proni in deſperationem ſunt: ſecundum antidotum cõuenit. eis vero,qui ad elationẽ, ſui'q; inanem exiſtimationem procliuiores ſunt: primum illud vtile erit. Quidam iter longum profecturi, cum viam ignorarent: ſciſcitando rectum curſum tenuerunt: & abſq; periculo reuerſi ſunt. Alii,cum viam ſe ſcire putauiſſent: ſecuri profecti circa itineris medium oberrauerunt: aut perierunt: vel reuerſi imparati ad tribulationes inuenti ſunt. Vt ii felices ſunt,qui peritum ducem nacti fuerint: ita contra intelligendum de iis,quibus contra euenit. Vbi amor dei cor tetigit: ibi verborum metus vltra non præualet. Vbi gehennę timor illuxit: ibi laborum omnium tollerantia floruit. Vbi regni ſpecies inſinuatur: ibi inferiorum omnium firmatur deſpectio. Debet bonus & probus magiſter militum ſingulorũ,qui ſub ditione ſua ſunt: ſtationem,atq; ordinem noſſe. Forte enim inter eos ſunt ſingulares pugnatores: qui vltra cõmilitones ſuos honorari debeant: & cum illo pariter ſedere. Non poteſt gubernator ſolus abſq; nautarũ miniſterio ſeruare nauem: neq; medicus infirmum curare, niſi prius ab

eo exoratus

eo exoratus fuerit: ac prodendo vulnus tota fide ad illum infirmus conuertatur. Qui erubescunt medicos: vulnera putrescere fecerunt. Dum pascuntur oues: non desinat pastor sermonis instrumento vti: atq; id maxime, cum obdormire cœperint. Nihil eni ita lupus metuit: vt pastoralis instrumenti concentum. Is, qui præest: neq; semper seipsum irrationabiliter humiliare, neq; rursus insipienter debet extollere. Cum Paulum videat in vtraq; re cautissime pergentem. Plerunq; dominus subditorum oculos, ne quosdam ducis sui defectus aspiciant, claudit: quos ipse aperiens infidelitatem genuit. Vidi eum, qui pręerat: sua ex humilitate propriis filiis consulere. Vidi itē aliū, qui, cum insipientem suam sapientiam per sūmam elationem manifestare vellet: eis maxime nocuit. Raro quidem, casu tamen aliquo vidi vitiosos, cum ab omni labe puris pręfuissent: paulatim subditos veteri cœpisse: propria'q; vitia circuncidisse. Hoc autem (vt reor) eorum merita, qui sub eis saluabantur, egerūt: factus'q; est eis uitiosus conatus deponendi uitia occasio. Attendendum cautius nequādo ea, quæ in portu collegimus, dispergamus in pelago. Horum, quod dictum est ii, qui ad exteriores tumultus nondū exercitati sunt. Magnum quidem re uera, & admirabile est, ęquanimiter, & fortiter solitudinis incendium, trāquillitatē'q;

quillitatem'q;, & curarum omnium deposi-
tionem tollerare:neq; extra cellulę nauiculã
leues processus,& consolatiunculas quærere:
ut faciunt negligentiores nautę, quos trãquil
litatis tempore in undis natare delectat. Ma-
ius uero incomparabiliter, atq; mirabilius, ne
tumultus quidem trepidare,sed inter illorum
crepitus imperterritum,& immobilem corde
persistere,cum hominibus quidem extra, in-
tus vero cum deo immorando. Sit tibi o' ad-
mirabilis exteriorum iudiciorum habitus, &
status nostrorum argumentum. Accedit alius
in nostrum terribile, verax'q; iudicium reus:
Alius item insons:Ambo ad dei opus atq; ser
uitium properant. Contrarius omnino est
vtriusq; accessus:propria'q; ambo indigẽt in-
stitutiõe. Interrogetur ante omnia is, qui reus
aduenit:seorsum tamen:quænã illius per sin-
gulas species fuere opera: fiet id vtiliter duarũ
rerum causa: vt scilicet ex hac confessionis ve-
recundia semper compungatur:& nunquã fi-
duciam sumat: Et præterea vt sciens nos vul-
nerum suorum conscios, qualia'q; apud nos
peccata deposuerit, ad diligendum ardentius
excitetur. Ne istud quidem te lateat o' vene-
rande,sicut neq; latet(absit id penitus) debere
scilicet considerari & loca,& resipiscentias, &
habitus reorum apud deum. Est enim earum
rerum summa varietas, atq; differentia. sæpe
enim

enim is, qui fuerit infirmior: humilior esse corde inuenitur. Quocirca leuius quoq; puniri a spiritalibus iudicibus debet. Quid autem contrarium sit, liquet. Aequum non est vt leo oues pascat, ita nec tutum est, vt qui adhuc vitiosus est, vitiosis præsit. Turpe spectaculum est, iter aues vulpes: sed sane nihil turpius iracundo pastore. Illa enim aues, hic rationales animas perturbat, & perimit. Caue ne sis nimium scrupulosus minimorum inquisitor. iam enim non eris dei imitator. Habeas ipse quoq; deum moderatorem, ac ducē tuorum omnium interiorum, & exteriorum veluti gubernatorem quendam optimum: ac per illum voluntatem tuam abscidens eris tu quoq; securior nutu illius, & solo actu. Et hoc tibi, atq; omnibus quærendum est: ne forte ex accedentium fide, & non ex nostra purgatione gratia diuina plurima per nos operari disposuerit. Nam & pleriq; vitiosi eo modo, quo prædiximus, mirabilia fecerunt. Si multi, inquit, dicent mihi in die illa: Domine, domine, nō ne in tuo nomine prophetauimus? & quæ sequūtur: incredibile non est id, quod prædiximus, capitulum. Qui deum sibi proprie, & germane placauit: & propitium fecit: is fatigatis quibusq; clam, & sine vllo sensu hominum ferre opem valet: duo'q; maxima lucrabitur: q̄ se ipsum ab inani gloria, veluti ab ea, quę dicitur

erugo

erugo,seruabit illęsum:& eos,quibus miseretur,soli deo gratias agere parabit. Eis quidem,qui cursu iuuenili robore atq; nimium strenue maxima viæ spatia præteruolant:pręstantiores semper, atq; excellentiores cibos præpara.eis vero, qui retro vel sententia, vel moribus eunt:lac velut infantibus præbe. habet enim tempus suum quęq; consolatio. Eadem esca quibusdam alacritatis,aliis defectionis causa plerunq; fuit. Ad feminum susceptionem præsentibus attendendum est in tempore,persona,qualitate, & quantitate. Quidam, cum regiminis officium,ac iudiciũ nihil æstimarẽt:animas sine ratione regere conati sunt: & certe,cum multas antea diuitias haberent: vacuis inde manibus profecti sunt: aliis'q; ex assumpto regimine illas distribuerunt. Sicuti sunt proprii,& legitimi filii: sunt item alii ex bigamia,atq; ex ancillulis: alii ꝓgeniti:alii'q; proiecti:ita & huiusmodi assumptionum plurima consona esse noscuntur.Est igitur assumptio regiminis proprie animá pro fratris anima per omnia ponere.Est item pręcedentium solum delictorum, & est sequentium solum, & est pręceptorum propriorum solum onus per spiritalis virtutis indigentiam, atq; tranquillitatis inopiã subire.Et in ipsa quoq; prima ac pfecta susceptione regiminis onus etiã ferimus per amputationem propriæ voluntatis.

tis. Charus, ac legitimus filius in absentia maxime patris agnoscitur. Inspiciat diligenter is, qui preest: & summa cura denotet, qui sibi ex grege suo contradicant, & reluctentur: eosq; coram aliquibus maioribus natu grauissimis obiurgationibus increpet: vt aliis incutiat metum: etiam si grauiter illi per has ignominias angantur. Est enim perutile, & necessarium ita vnũ lędi: vt plurimi ex ea læsione corrigantur. Sunt nonnulli, qui speciali charitate inducti vltra vires suas onera aliorum susceperunt, illius memores, qui ait. Maiorem hac dilectionem nemo habet: & quę sequũtur. Sunt item alii, qui, cum vires ad id onus suscipiendum a deo fortassis acceperint: non se libēter fraternę salutis gratia oneribus subiiciunt. Sed hos ego vt charitatis expertes miserrimos duxi. de illis autem prioribus quodam in loco dictum inueni. Si separaueris pretiosum ab indigno: quasi os meum eris: & quemadmodum fecisti, fiet tibi. Et illud quęso solicite inspice. Sępe fit vt prælati peccatum sola cogitatione admissum deterius ac perniciosius iudicetur: quã quod subditus actu etiam admiserit. Si quidem & leuius est militis peccatum, q̃ ducis pessimum consilium. Admone subiectos vt corporalia quidem, atq; lasciuiora, non per species singula confiteantur: reliqua uero oĩa per species nocte ac die mente solicita reuol-

uant delicta. Simplices quidem omnino esse adinuicem eos, qui tibi subiecti sunt, iube: atq; in hoc eos maxime exerce: teipsum illis exemplum ac formam ad imitandum præbens: prudentes autem valde aduersus dęmones. Non te ouium tuarum in suis affectibus lateat intẽtio. Student enim lupi solicitos quosq; negligentiorum exemplo dissoluere. Non pigeat, cum requireris, etiam pro omnino negligentibus orare: non id orans vt misericordiã consequatur (hoc enim interim possibile non est, nisi illi cooperentur) sed vt a deo excitentur ad studium, postulans. Infirmi quidem in fide cum hęreticis non comedant: sicut patrum regulis sancitum est. Qui vero in domino potentes, atq; in fide sunt solidi: si ab infidelibus orentur: & pergere volunt: pergant ad gloriã domini. Noli ignorantiam obtendere. nã qui nesciens digna plagis fecerit: ideo, quia non didicit, vapulabit. Confusio pastori est, mortẽ metuere: quandoquidem obedientia, mortis contemptus esse definitur. Inquire solicitus o beatissime, quæ virtus est, sine qua nemo videbit deum: atq; illam prę omnibus filiis tuis conciliare stude, molli omni ac fœminea facie omnino abs te reiecta. Erũt itaq; omnibus, qui sub nobis degũt: instituta, atq; habitationes pro corporeę ætatis uarietate differentes. Neq; enim quispiam reiici a portu debet ante

sæcularem

sęcularem legitimam'q; prudentiam. manus
cito nulli imponamus: ne forte oues aliquę
in ætate discretionis ignara abductę, cū postmodum
scire iam, atq; intelligere cœperint:
onus, atq; æstum ferre non possint: atq; ita devoluantur
ad sæculum. quod eis, qui obtulerunt:
neq; tutum erit, neq; integrum. quis ergo
huiusmodi ex deo dispensator est: qui suis
vltra fontibus, laboribus'q; non indigens, eis
iam pro purgatione aliorum affatim vtatur ad
deum? Nunq̃ desinas sorditatas animas, & corpora
maxime extergere, ac diluere: vt non solum
propriarum, sed alienarum quoq; animarum
coronas ab agonitheta nostro publice
requiras. Vidi infirmum infirmi alterius morbum
ex fide mundasse, improbitate laudabili
ad deum pro illo orantem: animam'q; suam
pro illius anima in humilitate tamen ponentem:
ac sic per illius curam seipsum quoq; curauisse.
Vidi item, qui ex elatione similiter faceret,
audisse cum increpatione dicētem. Medice
cura te ipsum. Potest id, quod bonū est,
maioris boni causa deuitari: vt fecit qui martyrium
non formidinis causa, sed ob eorum,
qui ab se seruabantur, vtilitatem declinauit.
Est item, qui se ipsum ob honorem aliorum
ignominiæ exponat: qui tametsi a plerisq; voluptati
deditus existimetur: tamē vt seductor,
& verax persistit. Si is, qui sermonem vtilitatis
habet:

tis habet:eum'q; vbertim non cõmunicat:impunitus non erit.quanto illi se periculo expo nunt,o'amicum caput,qui cum possint ex ipso etiam operum studio afflictis opem ferre, & conlaborare:facere id renuunt. Libera, qui a' deo liberatus es:salua,qui saluatus es,eos, qui ducuntur ad mortem:neq; parcas eos eruere, qui a' dæmonibus iam iam necãdi erant. hoc enim maximi est apud deum meriti:omnẽ'q; siue actionem,siue contemplationem mortalium excedit.Se enim re uera veluti adiutorẽ incorporearũ,intellectualium'q; virtutũ indicat:qui per iudultam sibi a' deo munditiam aliorum detergit sordes:atq; de maculatis immaculata deo munera offert.hoc enim & solum diuinorum ministrorũ semper opus est. Omnes quippe,qui sunt in circuitu eius:offerent munera,& animas.Nihil deniq; ita conditoris nostri bonitatem,summam'q; clementiam indicat:vt nonaginta ouium in deserto derelictio,& vnius,quę aberrauerat,studiosa inquisitio.Attende igitur & tu,o'admirabilis: & omne studium tuum,omnem'q; charitatẽ, & diligentiam,feruorem'q;,& ad deum supplicem postulationem super eum,qui valde aberrauerat,& contritus fuerat,ostende.Nam vbi maiores morbi,& vulnera deteriora sunt: inde proculdubio maior merces acquiritur. Inspiciamus,obseruemus,faciamus.Nõ enim

semper iustitiam preferre prelatus debet,propter imbecillitatem scilicet. Vidi ego duos apud sapientissimum iudicem iudicari: qui iniustum quidem veluti leuiorem iustificauit: iustum vero tanquã iniustum:quia fortem,ac magnanimum sciebat,condemnauit:ne iustitie scissura fieret maior. Seorsum tamen,ac secretius singulis postmodum proprie, & vere locutus est:& ei maxime qui morbo animæ tenebatur. Herbidus campus,& virens omnibus quibus aptus est. doctrina vero, mortis'q; admonitio,rationalibus omnibus accomoda tissima est:ex qua scabies omnis sanari potest. Explora magnanimos: eos'q; frustra coram infirmioribus fratribus ignominiis affice: vt per alterius medicinam vulnus alterius cures: molliores'q; patientes fieri doceas. Nunquã auditam confessionem deus publicasse cernitur:ne confitentes per hanc vulgationem frangeret:iam'q; illos insanabiliter egrotare faceret. Et si prescientie participes simus: nunquã nos lapsis errata sua antedicere icipiamus: sed magis per signa aliqua eos ad confitendum prouocemus. Non enim mediocris venia illis ex hac ad nos confessione promittitur. Post confessionem vero maiori illos confidentia, q̃ antea habuerint ad nos,maiori'q; cura & diligentia dignemur. Ex hoc enim eximie in fide nostra & dilectione proficiunt. Summæ

prætereà humilitatis formam illis ostenderĕ debēmus;atq; vt ad nos timorem habeāt, instruere.In omnibus patientissimū te esse oportet:preterq̄ in eorum,quę iusseris, inobedientia.Caue ne tua vltra debitum humilitas carbones ignis supra filiorum tuorū caput exaggeret.Explora solicitus,si forte videas in agro tuo arbores terram occupantes:quę in altero agro fructum fortasse ferre possint. Eas verò per charitatis euulsionem cōsilio nostro trāsferre non euitemus. Interdum is, qui preest, tuto videlicet frequentioribus,& voluptati,proximis in locis in propriis virtutem operatur. Igitur in pecorum susceptione diligenter inspiciat.neq; enim omnis transgressio, & simulata auersio nobis a' deo interdicitur.Siquidē adsit spiritali medico intima quies animi: nō vsqueadeo corporali indiget ad ægrotātium curam. At si prioris expers est: Vtatur secūda. Nullum a' nobis munus deus gratius suscipit: q̄ cum illi rationales animas per pœnitentiā offerimus.Mundus totus dignus non est, qui cum anima vna conferatur. Ille enim transit: hæc immortalis & permanet, & est. non itaq; eos beatos dicas:qui pecunias offerunt,virorum optimi:sed qui rationales oues CHRISTO domino litāt. Immaculatum fac holocaustū. nihil enim terrenum,ac mortale deo gratum est:sicut illud intelligēdum est. Oportet quidem

dem

dem tradi filium hominis. ve autem homini, per quem tradetur. Ita mihi econtra intellige: multos quidem saluari oportet: omnes penitus, qui saluari cupiunt: merces vero illis reddetur, qui post dominum salutis causa illis facti sunt. Ante omnia spiritali nobis virtute opus est, o amantissime: vt quos in sancta sanctorum inducere nitimur: & quibus CHRISTVM in mystica, & secreta mensa recumbentem ostendere conamur: cum a turba impedire volentium affligi, atque angustari viderimus: in ipsis maxime ingressionis ianuis apprehensa illorum veluti infantium manu, eos a cogitationum turbis liberemus. Quod si paruuli adhuc, & nimis imbecilles sunt: super humeros nostros eos tollere: & quousque ianuam ingressionis veræ angustam pertranseant, portare necesse est. Illic enim maxime omnis offocatio, omnisque angustatio fieri solet. Quocirca de illa quidam aiebat. Hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium dei. Dictum quidem iam a nobis est, o patrum pater, etiam in prioribus de illo patre patrum, & doctore doctorum: cuiusmodi fuerit, superna sapientia totus amictus, absque simulatione reprehēsor diligens, pudicus, pius misericors, animo lætus, & splendidus: & , quod mirabilius est, quoscunque saluari cupientes vidisset, eos excellentiori quadam diligentia erudiebat.

bat. quos item voluntatem aliquam propriã, vel affectionem habere sensisset: ita illos ista priuabat: vt iam omnes caute obseruarent, ne vlla prorsus in re voluntatem se habere vllam propriam ostenderent. Habebat autem id in ore iugiter venerandus ille: melius esse aliquẽ ex monasterio expellere: q̃ voluntatem propriam hunc implere permittere. Sępe enim is, qui expulit, sic fugatum humiliorem fecit: suę'q; iam voluntatis inimicum constituit. Qui vero quasi sub clementiæ, & misericordię obtentu talibus indulget: facit vt exitus sui tẽpore se illi miserabiliter, vt qui magis fefellerint, q̃ profuerint, execrentur. Erat igitur dulce spectaculum, expletis vespertinis orationibus videre magnum illum, veluti regem in solio sedẽtem, extrinsecus quidem ex lignis fabrefacto, intrinsecus vero spiritalibus gratiis ornato: quod circunstabãt veluti sapientes apes decorus ille cœtus, & congregatio: eius'q; sermones tanq̃ dei verba auscultabant. & vnus quidem. L. alius. xxx. alius. C. psalmos ante somnum memoriter dicere: alius toties genua flectere: alius vero sedendo somnum capere videbantur. Hic definitam legendi horã, ille similiter ad orationem standi acceperat. Constituerat ad hoc duos fratrum inspectores: qui die quidem congressus, & colloquia, & ociositatem solicite inspicerent: & prohibe

rent: nocte vero intempestiuas euigilationes, & quæ scripturę tradere fas non est, arcerent. Non solum autem in hoc, sed in sumendo cibo magnus ille suum cuiq; ordinem distribuerat. neq; enim vnum erat omnium viuendi genus, neq; simile: sed singulis pro status sui qualitate diuisum. Aliis enim austeriorē, aliis remissiorem victum præclarus dispensator decernebat. Et quod mirum sit: ita absq; murmure singuli quod sibi videbatur, perficiebant: quasi id ex dei ore percepissent. Erat præterea huic venerabili subiecta & laura: in qua ex monasterio eos, qui ad solitudinem essent idonei, constituebat is, qui in omnibus pfect⁹ erat. Noli obsecro simpliciores quosq; versutiis cogitationum astutos, ac varios facere, immo vero, si fieri potest, varios quoslibet ad simplicitatem transfer: quod erit profecto mirabile. Is, qui ad summum munditię peruenit: ex tranquillitate summa, vt diuinus iudex summa etiam diligētia vtetur. Defectus enim eiusmodi tranquillitatis cor iudicis percutit: nec sinit secundum merita punire, atq; purgare. Ante omnia fidei inuiolabilis, piorumq; dogmatum hæreditatem filiis relinque: vt nō solum filios, sed & totam futuram progeniē ad dominum peruiam rectę fidei perducas. Sanos, & vegeto corpore iuuenes mortifica re atq; laboribus edomare ne desinas: neq; illis

ut misericors parcas. Laudabunt enim, & gratias tibi referent exitus sui tempore. Magnus ille Moses & hoc quoq; tibi forma sit: qui quälibet obedientes Israelitas non prius à Pharaone, & Ægypto liberare potuit: q̃ cum lactucis agrestibus azyma comederent. Azyma est anima uoluntatis propriç anticipatione, ex q̃ua inflari atq; extolli possit, destituta. Azyma enim semper pressior, atq; humilior fit. Lactucas agrestes duritiam, & frigiditatem intelligimus: quæ subditis aliquando coniungitur. Amaritudinem uero ieiunii afflictionem, & laborem.

Ego itaq; patrum pater eximie, cũ ista ad te scriberem: timui ne dicentem audirem. Qui alium doces: te ipsum quare non doces? Iam uero finiendus est orationis cursus: cum hoc solum addidero. Anima, quæ per munditiam unita deo est: alterius uerbo & doctrina non indigebit: cum sempiternum uerbum in se ipsa felicissime ferat: à quo secretis mysteriis imbuitur: & à quo deducitur: & in se ipsa illuminatione, & perfectione sua beata est.

F I N I S.

Cõmendatio

COMMENDATIO EIVSDEM IOannis Scholastici libri'q; a' se æditi a' Ioanne Abbate Raithensis monasterii, vbi liber fere' totus breuissime ac my'stice exponitur lauda tur'q; scribẽs.

QVALEM me esse oportere scripsisti: talem esse profecto' tuum sanctissimum & mitissimum & splendidissimum verticẽ didici. Didici autem non verbo exili: sed opere, & experimento castissimam voluntatem tuam, atq; institutum reliquis quidem virtutibus, præcipue' tamẽ humilitate belluarum perditrice, ac mansuetudine coruscare penitus agnoscẽs illius maximi legiferi in morem; cui patientissime atq; per ordinem veraciter inherens, semper'q; ad altiora progrediẽs illum fere' etiam diuitiis superasti, per continentię scilicet, castitatis'q; gloriosa certamina: per quę melius, atq; excellentius q̃ per cætera appropinquare deo possumus: mũdissimo scilicet, virtutis'q;, & supremę tranquillitatis indultori, & adiutori: & per eas virtutes a' terra in cœlum eos transferenti: qui adhuc in cœlis versantur: & mare hoc procellosissimũ nauigant. Quibus profecto' tu super igneũ currum,

rum,vt ille castissimus Helias ascendens, appa
ruit: factus'q; diuini chori ductor inuigilantiæ
pedibus ociositate reiecta, non solum occidi-
sti Ægyptium: atq; in humilitatis sabulo triũ-
phum operuisti: sed ad montis excelsa cucur-
risti: deum'q; per rubrum, & dumosam, ac bel-
luis inuiam, & inaccessam cõuersationem vi-
disti: diuinam'q; vocem, & luminis fulgorem
superne suscepisti: calciamentum quoq;, mor-
talia scilicet velamenta omnia soluisti: & cau-
dam, hoc est finem eius, qui ex angelo in dra-
conem cõuersus est: apprehendisti: eum'q; ve-
luti in fouea sua, & in lacu inferiore in Aegy-
pto, & tenebris vinciens, in caliginis æternæ
confusionem tradidisti: sublimem'q; & super-
bum Pharaonem superasti: Aegyptios quoq;
plagis pcussisti: &, quod maius omnibus est,
illorum primogenita triumphans occidisti.
Atq; ideo tibi dominus fratrum principatum
credidit: vt te duce illi dirigerentur, quos a
Pharaone, & sordida luti, & laterum operatio
ne liberaueras: ipsis'q; diuini ignis ac nubis,
castitatis scilicet flãmas omnes vitiorum ex-
tinguentis visionem affatim exhibuisti. Neq;
vero id solum: sed & rubrum, & flammeum
mare, in quo plurimi periclitari soliti sumus:
diuisisti: tua'q; virga, & pastorali scientia victo
res, ac triumphatores Israelitas eos omnes,
qui se persequebantur: in finem summergere
fecisti.

fecisti. non solum autem hos, sed & postmodum superbũ Amalech, postq̃ in mari triumphauerant, victoribus cum armis occurrẽtem manuum ostensione pugnans debellasti: ac pro populo tibi credito, atq; a deo illuminato medius inter actionem, & contemplationẽ stans vicisti gentes: & in supernæ, ac felicissimæ tranquillitatis altissimum montem eos, qui tecum sunt, induxisti: sacerdotes'q; constituens, circuncisionem tradidisti: per quam qui mundati non fuerint: videre deum non poterunt. In altitudinem supernam ascendisti: nebulam omnem, & caliginem, & procellã, nebulosas scilicet ignorantiæ, & insipientiæ tenebras propulsans, atq; discutiens. Appropinquasti luci longe reuerentiori, venerabiliori, atq; clariori: q̃ fuerat olim illa lux rubi. Dign⁹ effectus es voce: dignus speculatione: dignus prophetia. Vidisti fere adhuc in terris degens quæ multo post futura sunt: futuram scilicet post hoc sæculum nouissimam scientię illuminationem. demum per vocem audisti quæ non videbit homo. Quocirca & in profundissimam humilitatis vallem ex dei inspectione deuenisti: faciem'q; & corporis & animæ glorificatam præferens, attulisti insuper & tabulas secretæ spiritalis'q; ascẽsionis. Ve simulachro formati uituli. meæ enim cõgregationis hoc est. Ve tabularum cõfractioni. Deinde apprehensa

hensa manu populi desertum peruadasti: quidum sui ignis flāma æstuaret: aliquando fontem aquæ lacrimarum per lignū, crucifixionē scilicet carnis cum vitiis & concupiscentiis produxisti: expugnans obuias gentes, atq; igne domini consumens eas. Venisti ad Iordanem (nihil enim me prohibet historiam paululū progredi.) Diuisisti populum: veluti Iesus. Priores deniq; aquas defluere in mare salsuginis, & amaritudinis precepisti. Charitatis vero sublimes aquas in oculis tuorum omniū spiritalium Israelitarum sursum erectas stare fecisti. Lapides postea.xii. portari iubes: siue apostolicę perfectionis culmen eis subinferēs, & superędificans: siue octo gētium, vel vitiorum victoriam, & quatuor maxime generaliū virtutum assumptionem laudans. Mare demū mortuum, ac sterile retrorsum omnino conuerti fecisti. Ad vrbem inimicorum veniens, tuba'q; orationis personans, septeno hoc humanę vitę circuitu eandem diruisti, & vicisti: ita vt iam lætus contra spiritalem pugnatorē, inuisibilem'q; inimicum decātes: Inimici mei defecerūt framcę in finem: & vitiorum meorum ciuitates destruxisti. Loquar ex animo, atq; ex sententia id, quod omnibus & singularius & potius est. Ascendisti in Hierusalem, visionem scilicet perfectæ pacis animarum. CHRISTVM uides pacis deum, conlabo-

ras ut

ras ut bonus, ac pręclarus miles: concrucifixus es carne, uitiis, & concupiscentiis. & merito sane. Quippe qui & ipse Pharaonis, totius'q aduersę eius potestatis deus effectus es. Consepelitis iam: atq una ad infernum descendis: theologię scilicet, atq secretissimorum mysteriorum immensam altitudinem. Vnguentis postmodum, & odoribus perfunderis a cognatis, & amicis mulieribus, siue uirtutibus. Quid enim me prohibet & istud dicere: quandoquidem etiam in cœlo ad dexteram sedes consistis? Ouulgatum furtu. Resurgis & ipse die tertia post uictoriam trium tyrannorum: siue forte (vt germanius loquar) post victoriā corporis & animæ, & spiritus: aut etiam post purgationē tripartitę animę, affectus scilicet, iracundię, & rationis. In montem oliuarum venisti. Oportet enim circuncidere sermonē: nec plura loqui, q̄ satis sit: cum potissime scribamus ad te, totius sapientię plenum, & scientia omnes, qui ante nos fuerunt, excedentem. De quo monte (vt reor) cursor quidam optimus aiebat. Montes excelsi ceruis, animabus scilicet serpentes necātibus. Huc igitur & ipse cursu sequens, atq vna currens ad mōtis ascēsum peruenisti: aspiciens'q in cœlum (vt cœlestis verbi formam ad sermonis nostri rationem reducam) & nos discipulos tuos benedicens. Vidisti præparatam, firmatam'q vir

tutum scalam: cuius tu secundum tibi datam a deo gratiam, vt sapiens architectus fundamentum posuisti: immo uero & ipsam perfecisti: quis tu a nobis brutis, atque insensatis ex humilitate sordidum os nostrum extollens, te ista mutuasse asseras: atque ita videri velis. Nec mirum. Solitum est enim & Mosi, secundum historiæ propositam formam, se ipsum exilis vocis, impeditioris'que linguæ appellare. Sed ille quidē optimo ministro fruebatur Aaron: cui quid dici uellet iniungeret. At tu o arcanorum cognitor, nescio vnde iduci potueris, vt ad fontem sine aqua ægyptiis ranis, immo uero carbonibus plenum aduenires. Quoniā uero minime cōuenit orationis de te cursum imperfectum relinquendo perire, o cœlestis cursor: tuæ rursus pulchritudinis breuem narrationem subtexentes, ita dicimus. Appropinquasti item sancto monti: intētis'que in cœlum luminibus, atque in ascensu pedem ponens, & cucurristi: & recurristi: & exultatus es: & ascēdisti super cherubin uirtutū: & uolasti: & ascēdisti in iubilatione: uersis in fugam inimicis: uiā'que præuius ipse fecisti: & precessisti: immo uero nūc quoque ducis: & pręcedis nos oēs ad ipsum sanctę scalę recurrens verticē, unitus'que charitati. Charitas autē deus est. Amen.

Finis.

Venetiis per Io. Antonium, & fratres de Sabio. M D X X X I.



Quid est enim aliud fodere, nisi sanctarũ
exercitijs actionũ trám mẽtis et corporis
excolere [Mendicare erubesco] Neforte nõ
dicat sicut et fatuis uirginibus. Neforte nõ
sufficiat nobis et uobis rc. Est mendicatio
bona, est et mendicatio mala. Mendicatio
bona, hic. Hic enim bñ mendicamus a Do-
ctoribus sapiam et doctrinã. A sanctis mẽdi-
camus in Letanijs, ut orent pro nobis. In
alia uita mendicatio erubescẽda. Ibi nõ
prodest alicui boni mendicatio, ubi deficit
omne bonum suũ: cum unicuiq uix sua
sufficiat, et iustus uix saluabitur [Scio qd
faciam ut cũ amotus fuero a uillicatione
recipiant me in domos suas]. Salubre cõ-
silium repperit ad finem q male dispẽsã
uillicationem: s; ut daret pauca receptur?
mltã [Conuocatis itaq singlis debitoribus
dñi sui dicebat primo. Quantum debes dño
meo. At ille dixit. Centum cados olej] Nõ
solũ iubemur diligere deũ: s; et pximum
Debitores ergo sumus dei: debitores sum?
Et proximi. Deo tñ totum debemus, etiã
id quod ad proximũ referimus. Habemu
aũt spũalia bona, habemus et corporalia.
Spũalia, ut fidem, Justitiam, charitatẽ
rc. Corporalia. aurũ. argentũ, triticum

e. c. uñ deo seruimus et pximú adiuuam)
Quid melius p oleum possimus intelligere
q spuália, quod rarius est et leuius triticea
soliditate et lumen fouet et cultus uirtu-
tum illumĩat, et mentem ad intuendam
ueritatẽ, et prestat omnibus liquidis ut spũa-
lia corporalibus. Quid p triticũ nisi corpo-
ralia. Siqdem p spem sepe genus intelligr
Villicus aut primũ debitori loqr olei, Quia
priora sunt spuália corporalibus. Qui debet
centũ cados olei, quia debet deo quidquid
spuális habet boni. Sic eñi sunt olei cadi ptes
sic spuális boni mlta species. Vas eñi olei cẽ-
tenarium, spẽs designat om̃ spualiũ bonoz
Nam et centenarius plenitudinem sæpe
significat, et finitus sæpe poniť pro infinito
Debet ẽ centũ cados olei, q debet deo pfectioẽ
spũalis boni. Sz mltm̃ pximo ptinet de hoc qd
debetur Deo. Mltm̃ ñ offendimus, nisi fidẽ
iustitiá et charitatẽ pximo reddamus. Cũ
igr de centum cadis olei villicus quinqgita
scribi iubet: qd debetur Deo cõfirmat scriptio
quia nõ dimittit quod sibi debetur, nõ iubet
scribi quia dimittit. Dimittit qd suũ est,
relinqtur quod dei est, vñ seqr Accipe cau-
tionẽm tuam et sede cito et scribe quinqz



Acsi diceret quod mihi debes dimitto ti
quod debes Deo cautelam assume. Et qui
perbus stas sede cito et humiliare, et quod
paruipendebas, ut obliuione p nihilo duce
bas, scribe in tabulis cordis et memoria te
ne, ut frequenter poeniteas et expies, do
nec & ipm dimittat tibi, Sede cito .i. ne
differas de die in diem. Scribe quinqqinta
Quinquaginta scribunt, et quinquaginta
dimittuntur. Similis numerus similem
scat offensioné, in deum et hominé. [Deinde
dixit alio. Tu uero quantum debes. Qui ait
Centum choros tritici] Cadus liquorum,
mensura est, Et Chorus seminu. Vn tritice
est nobis q plenitudinem corporalium bo
noru debemus proximis. Debemus & tn
no soluimus, debemus totu et uix parum
soluimus. Quid ergo faciemus? Si no possu
mus soluere totum quod debemus alijs. di
mittamus saltem quod debetur nobis. seqr.
Ait illi: accipe lras tuas & scribe octoginta].
Qui enim de centum scribit octoginta aliqui
tam partem dimittit, quia de corpe
bus hoc debet proximo quod quinq se us
corporis exigunt. Hoc scripto com endatur,
quod diuina grae p octonariu relinqtur

Apud ... 20 adi ... Agosto ...

... fidelo ... de ... anno

... alla scola da ...

... e ... alegrio.

... sua manam

Unge mi crei [illegible] mei misericordia mea

Tuaque meritis tempus in omne meum.

... piciunt oculis super mortalia Justis.

... in medio ... Roma ... mani

... [illegible] ...

... diem claus componere uespero ... pi.

... [illegible] ... periclis.

... [illegible] ...

... uenit ... pena ... uenit

... est ... [illegible] ...

quicquid agas ... [illegible] ...

A ... principio ... mea anima meo.

... [illegible] ... domi

... [illegible] ...

... [illegible] ... copia magna:

... [illegible] ... miserere mei.

Chyle...

Est aurum a quo ~~signis~~ pretium puro
Sed nihil in vero signus ...

Rapuisti meum, abstulisti praestit. [illegible]
negasti comendatum. Si dimitto tibi [illegible]
mea refert, scribe octoginta [illegible]
memoriae eges venia diuinae gratiae
Siqdem Euangelium gratia signatur per
octonarium, sicut austeritas legis per septe
nariu. Sz meretur octonarij gratiam qui
precepta custodit quae signantur per decem, ut
per octonarium iuncto quindenario gratiam
intelligamus insitam precepto, ut qui scri
bit octoginta per decalogi custodiam per
ueniat ad octonarij gratiam [Et laudauit
dominus villicum iniquitatis quia prudenter
fecisset] Vere prudenter egit, qui Deum
molitur facere debitorem suum, ut exi
gat ab eo debitam remissionem, qui remisit
[Quia filij huius seculi, prudentiores filiis
lucis] Filij laborant et uix merent
precium, currunt, et uix perueniunt ad [illegible]
um. filij seculi post fraudes et illecebras [illegible]
modo dimittunt, et deum debitorem tenent,
parcunt et parcit eis, condonant et donant.
Ideo sunt prudentiores